

Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

Disptatio II. De circumstantijs Decretorum Pontificiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](#)

DISPUTATIO II.

De circumstantijs Decretorum Pontificiorum.

SECTIO I.

An Decreta Alexandri VII. & VIII. & Innocentij XI. sint ex Cathedrâ, an non?

§. I.

Fundamenta dubitandi.

SUMMARIUM.

Aliqui volunt non esse nisi à Papâ ut capite Inquisitionis Rom. n. 1. & 2.

Infallibilitas non convenit Pape, nisi ut loquenti ex Cathedrâ, n. 3.

Ea nulli Congregationi convenit, ibid.

Non est de Fide omne, quod dixit D. Augustinus ibid.

Eximia Divi Aug. de se loquentis modestia, n. 5.

Summa absurdâ, si dicta Decreta non sunt a

Papâ, n. 6.

Fundamenta opposita, n. 7. 8.

Hispâna Inquisitor quando instituta, Romana

quando? n. 10.

- N. 1.  UDIVI, & legi, aliquos non vulgaris doctrinae viros, & quidem non esse paucos, coligi potest ex Lumbier tom. 1. in annotatione ad decretum Innocentij, & ex P. Moya tom. 1. d. 8. quest. 6. per P. Moy. totam, sed præcipue a n. 25. & ex P. Card. P. Card. tom. 4. disp. 1. n. 99. cum enim hi DD. diversis in Regnis, & Universitatibus vixerint, videtur in quâlibet non desuisse, qui sequentem doctrinam docuerint. Dicunt ergo Decretum Innocentij, & utriusque Alexandri (eo modo, quo de Decreto Urbani Velas. lafco, Caſſaing, Delgadillo apud Moyan. tom. 1. tr. 3. l. c. n. 2.) dicunt, inquam, dictum non esse ex Cathedrâ, seu non esse Decretum Alexandri, & Innocentij, ut Pontificum, sed esse eorum Pontificum, ut sunt Caput Inquisitionis Românæ, cuius authoritas licet sit in præcipiendo efficax, seu obliget in conscientiâ, non minus ac alterius Principis, non tamen est in declarando infallibilis; infallibilitas enim non est privilegium nisi Papæ ut loquenti ex Cathedrâ, aut legitimi Concilij Generalis, ut certum est apud omnes, ait P. Card. P. Card. tom. 1. d. 9. n. 181. adeoque merito

P. Giballinus lib. 5. de Scientiâ Canonica cap. 4. quest. 6. n. 25. rejicit Gravina tom. 4. contr. 5. art. 5. pag. 110. dicentem omnes Romanas Congregationes, Inquisitionis, Rituum, & alias errare non posse, esto hunc domesticum M. Jo. Mart. de Prado tr. 7. de Pœnitentia quest. 3. dub. 2. n. 41. interpretetur locutum de toto Collegio Cardinalium, & in doctrinâ fidei, quod piè credi potest non defecturnum à fide: verum si M. Gravina hoc tantum docet, nihil speciale docet; nam piè etiam credi potest nullam integrum Religionem, aut Vniversitatem defecturnam fide: cur ergo tam magnifice extollit infallibilitatem, qua tota recucitur ad piam credulitatem, & cuique Religioni, aut Complutensem, vel Salmaticenium Academiæ appetari potest? Similiter merito Abulensis in Abulensi: Defensorio p. 2. cap. 81. quem sequitur Em. Em. Aguirre, tom. 1. in S. Anselm. d. 2. & tom. 3. Aguirre. d. 136. sét. 2. & 3. rejicit aliquos modernos eâ tenacitate S. Augustino addicatos, ut dicinxerit esse de fide, quidquid Augustinus scriptis in libris de Gratia, & idem Alexáder N. 4. VIII. reçitè damnavit has duas, *Futilis, & totales convulsa est assertio de Pontificis Romani supra Concilium Ecumenicum autoritate, atque in fidei questionibus decernendis infallibilitate. Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clare fundatam, illam absoluere potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam. Illa enim damnatur, quia negat Papæ infallibilitatem extra Concilium; hac damnatur, quia illam concedere videtur Augustino. Vid. citatum Aguirre, & Herinx Herinx. tom. 2. tr. 6. de Gratia §. 4. in Prolegomenis. Immo lege eudem S. Augustinum de se loquitur. S. Aug. quentem lib. de Bono perleverantia cap. 21. ubi ait: *Neminè vellere sic amplecti omnia mea, N. 5. ut me sequatur, nisi in ijs, in quibus me non errare perspexerit. Nam propterea nanc facio libros (loquuntur de libris Retractionum, quos tandem non perduxit ad finem) in quibus opuscula mea retractanda suscepit, ut nec me ipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrem. Hæc D. Augustinus modestissime de se sentiens, quia omnium doctissimus.**

Cùm ergo, ut dixi, non definet aliqui, qui N. 6. velint dicta Pontificum decreta non esse ab illis, ut Magistris totius Ecclesie, sed ut Capitibus Rom. Inquisitionis, operæ pretium duxi

duxit hanc quæstionem ex professio agitare; si enim Decretum Innocentij ex. gr. (idem dic de alijs) est ab Innocentio ut Capite Rom. Inquisitionis, sequitur primo, quod ubi haec locum non habet, non obligabit. Secundò, quod non erit omnino certum, sive fide Divina, ut docui, sive certitudine Theologica, ut docent alij, esse illicitum quod Papa declarat illicitum, sed ad summum erit moraliter certum, eo modo, quo est tantum moraliter certum opinionem damnatam ab Inquisitione ut improbatum, esse talem, non autem erit infallibile; atque adeo poterit factem successu temporis apparere argumentum aliquod, quod hanc damnationem enervet. Tertio, quia actum erit de omni eo, quod in favorem Papæ adducitur, & de obligatione non opinandi oppositum sine haereti, aut errore in fide; ent enim de subjecto non supponunt, & quotquot docent hoc decretum esse Innocentij, ut puri Praefidis Inquisitionis universalis Rom. ridebunt nostra argumenta, immo actum erit de Decretis Alexandri VII. damnantis 45. propositiones, de Decreto Clementis VIII. damnantis absolucionem inter absentes, Vrbani VIII. damnantis duplex preunâ Missâ stipendium, nullum enim, ait P. Moya tom. 1. tr. 3. d. 8. quæst. 6. ex illis decretis publicatum est in Hispaniâ: ergo in Hispaniâ nulla erit obligatio repudiandi opiniones à Clemente VIII. Vrbano VIII. & Alexandro VII. damnatas; et si enim daretur leges Pontificias obligare etiam, ubi non sunt promulgatae, (de quo Sezt. sequenti) negabuntur hanc esse leges Papæ ut Pastoris universalis, sed ut Capitis Inquisitionis Romanæ. Jam audiamus fundamenta hujus opinionis, quæ nuper Complutensis suis Auditoribus dictavit.

N. 7. Argumentum est: quia decretum certò Pontificium non solet emanare ab Inquisitione, nec à Papa, ut Praefide illius, nec ab Inquisitionis Notario subscribi; immo quid amplius desiderari potest ad decretum, ut certò non sit Pontificium, sed sit à Papa, ut Praefide Inquisitionis Romanæ, quam quod sit à Papa in Generali Inquisitione Praefidente, & quod opiniones damnatae subjectæ fuerint DD. Cardinalibus contra haereticam pravitatem, & quod idem decretum sit à Romanæ Inquisitionis Notario subscriptum: sed decretum Innocentij est tale, ut conflat, tum ex titulo, ait enim, *Decretum SS. D. N. Innocentij XI. in Generali Congregatione S. Romane, & Universalis Inquisitionis*; tum ex proclamatio, ait enim opiniones damnatae subjectæ fuisse Em. DD. *Cardinalibus contra ha-*

reticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus tum ex fine decreti, subscriptur enim nomine Notarij S. Romanae, & Universalis Inquisitionis: ergo illud Decretum Innocentij non est Pontificium, est enim à Papâ, ut Praefide Inquisitionis Romanæ: ergo non obligat, nisi Inquisitionis Romanæ subiectos.

Confirmat primò: *Decreta certò Pontificia* hoc tenore incipiunt, *Ad perpetuam rei memoriam*, & subscriptur à Datario, ut patet in Bullis: sed Decretum Innocentij, & Alexandri VII. & VIII. incipit, *In Congregatione Generali S. Romanae, & Universalis Inquisitionis habitâ in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram SS. D. N. Innocentio* (idem dic de Decretis utriusque Alexandri) *Divinâ Providentiâ Papa XI. ac Em. & Rev. DD. S. Rom. Ecclesie Cardinalibus, in totâ Republicâ Christianâ adversus hereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a Sede Apostolica specialiter deputatis*: ergo clare conitat, quod ea decreta lata sint in dictâ Congregatione à Papâ, ut Praefide illius.

Confirmat secundò: Si decreta Alexandri, N. 9. & Innocentij essent Pontificia, non egerent, ut omnes etiam Inquisitioni Hispaniae immediatè subjectos obligarent, saltem quatenus declaratoria sunt, promulgari in Hispaniâ; qui enim tuerint leges Papæ non obligare, nisi ubi sunt promulgatae, intelligunt tantum, & loquuntur de legibus Papæ ut præceptivis, non autem ut declarativis; alias definitiones Tridentini non obligant, ubi Tridentinum non est promulgatum, quod est haereticum: sed dicta decreta egerunt alia, quam Romanâ publicatione, saltem, ut obligarent Hispanos: (quorum Inquisitionis Tribunal non tantum est quinquaginta novem annis antiquus Romano, & est etiam Supremum, ait Lumbier tom. 1. m. Lomb. 461. Romanum enim, ait M. Mart. de Pra- M. Mart. do in Theol. Mor. cap. 3. de Legibus quæst. 7. n. 9. institutum fuit à Paulo III. anno 1542. Hispana autem Inquisitio instituta fuit anno 1483, ait Paramus lib. 2. de Origine Officij S. Inquis. titulo 2. cap. 1. & Catenena de Officio S. Inquisit. p. 1. tit. 3. & 5. fusè) ut exprestè tradit apud P. Moyam n.

21. Leander à Murcia tom. 2. lib. 4. d. 1. & 3. Mure; & alibi, ubi mutic probat, nunc supponit decreta Alexandri VII. post quæ scriptis, non obligare Hispanos, quia in Hispaniâ non fuerunt promulgatae, & docet alias ex damnatis ab Alexandro, ut videri potest apud Torrec. diff. 3. a. n. 3. qui citat loca, & Torrec. opinions Murciæ, & alias, quas Gavarri in Gavarri suâ Praxi docuit post eadem Alexandri de-

Tom. I.

D

creta,

N.
IO. creta. Addi potest, quod si Decretum Innocentij est Pontificium, cur Innocentius petit a Generali Inquisitore Hispano, quod ite suo, non autem Rom. Pontificis nomine, propositiones a se Romae damnatas suo edito in Hispania damnet: certe si estet Pontificium, non egeret saltem ut declaratorium aliam promulgatione, & multo minus alia prohibitione: sed Innocentius petiit hoc ab Hispano Inquisitore, qui suo, non autem Papa, nomine decretiv, & præcepit, ut Hispani implerent Decretum Innocentij, quod sane plurquam otiosum esset, si Innocentij Decretum esset Pontificium, non minus, ac si Parochus suis oviibus præcepisset ea, quæ ijsdem præcepit Episcopus: ergo tale decretum non est Pontificium. Minor probatur ipsis ferè editi Inquisitionis Hispanæ verbis, quæ ad extensum recitantur à Filgu. in Lucernâ decretali in Anteloquio pag. 10. *Nos D. Diego Sarmiento de Valladares Inquisidor General en todos los Reynos, y Señorios de su Magestad, &c. Por quanto Innocencio XI. en Congregacion General de la Santa, y Universal Inquisicion de Roma decreto, que debian ser condenadas, como condeno, 65. proposiciones.... Por tanto por las presentes mandamos a todas.... que cumplan el dicho Decreto. Ecce ad oculum, Generalis Hispaniae Inquisitor non promulgat Decretum Romanum, sed aliud novum pro Hispania edit; hoc enim significat, tò mandamos por las presentes: ergo Decretum Innocentij non fuit Pontificium.*

N.
II. Hinc infert, quod cum propter rationes adducetas sit ad minimum vaide dubium, an hæc Decreta Alexandri, & Innocentij sint Pontificia, & ex doctrinâ communâ, in omni dubio saltem juris, præcepti, aut declaratioonis, lex, præceptum, & declaratio non obligant, quia melior est conditio possidit, potestio autem est pro libertate; hinc cum dubium sit, an ea Decreta sint Pontificia, & multo magis, an sint definitiones Pontificia, consequenter, nec ut declarativa, nec ut præceptiva obligant, nisi eos, qui Romanæ, non autem Hispanæ Inquisitioni subjecti sunt: non ut declarativa, quia licet Decreta Papæ, ut Generalis Fidei Inquisitoris, sint gravissimæ authoritatis, hec tamen authoritas est in dendo fallibilis; nam assentientia Spiritus S. non est promissa Papæ, nisi ut Capiti totius Ecclesiæ, non autem ut Capiti Inquisitionis Romanae: non ut præceptiva, quia Hispani non sunt subjecti Inquisitioni Romanae: ergo Hispanos non obligant; & ideo post Alexandri Decretum aliqui adhuc docuerunt alias ex damnatis, quia Decreta Alexandri non fuere ab Hispano Inquisitore pro-

mulgata. Quod si Decretum Innocentij ut præceptivum obligat Hispanos, est, quia confirmatum, & innovatum fuit ab Inquisitione Hispanæ. Si autem queratur, ad quid Decretum Hispanæ Inquisitionis Hispanos obligat: dico obligare eos sub graviad non sequendas, practicandas, docentes opiniones ab Innocentio damnatas, nam obligat ad impleendum omnia, quæ Innocentius in suo Decreto præscribit. Similiter obligat non tantum sub gravi, sed etiam sub cenurà excommunicationis latæ sententia ad denuntiandum Tribunal quilibet, qui ei Decreto quomodolibet contraveniat. Hec ferè Complutensis Doctor, qui tandem contulit, quod licet sententia haec tenus à se probata, videatur sibi probabilissima, attamen, ut illi certo se fidat, expectare aliorum judicium, seque ignorare, cur hanc sententiam illi docere non audeant, qui suppositione nomine apud M. Lumbier, & P. Cardenas, Lumbier veram putant; neque enim quidquam de P. Carden trahit Papæ authoritati, in quem tam peccari potest per excessum, dicendo ejus Decreta esse Pontificia, cum constat non esse talia, vel saltem non constat esse talia, dum constat esse talia.

§. II.

Preambula ad veram sententiam.

S U M M A R I U M.

*Papa authoritas confirmatur a scrupulis questionibus, n. 12.**Ubi agitur de rei quidditate, communis definitio standum, n. 13.**Quid sit loqui ex Cathedrâ, & unde cognoscit possit? n. 14.**Mens TT. ibid.*

SEmper in eâ sententiâ fui, quod Pontificis authoritas plurimum a scrupulosis questionibus infirmetur, non minus ac veritas nimis subtilitatibus implicatur. Scio easdem a TT. non nisi sincerè studio veritatis tractari, vereor tamen, ne ijsdem tricis, quibus veritatem venari conantur, candem potius opprimant. Explico me. Certum de fide est Papæ loquenti ex Cathedrâ, & totam Ecclesiam instrucenti, infallibilem Spiritus S. assentientiam promissam, & Papæ ita loquenti cœco intellectus obsequio credendum. In hoc omnes TT. consentiunt. Jam rogo, quid utilitatis inde proveniat, an sine Concilio dicendus sit Papa loqui ex Cathedrâ? an ad locutionem ex Cathedrâ matura præcessisse debat deliberatio? an ad maturam deliberationem

tionem necesse sit, ut Papa à TT. & Cardinalibus consilium petat? an antequam loquatur, debet Papa certificari per miracula de veritate, quam loqui vult? an debet particularē habere veritatis evulgandā revelationem? an tantum in questionibus juris, an etiam facti sit infallibilis? an ut locutio Papae sit ex Cathedrā, debet uti voce definitio, definitio? Sand hæc, & sexcenta alia dubia, quo curiosus Papae ex Cathedrā vocem scrutantur, eò vehementius inconcussum ex fide veritatem labefactant. Cum enim nullum ex recentis, & non recentis dubijs sit, quod & in sui favorem Patronos, & contra te Adversarios non agnoscat, & plerumque tam Patronos, quam Adversarius solas congruentias afferre posse, si veritas Catholica de afflentia Spiritus S. promissā Papae loquenti ex Cathedrā, ab illis pendet, unque vix umquam dabitur obligatio credendi Papae loquenti ex Cathedrā, nam negari potest dari circumstantias ad talem locutionem requisitas, cum plurimæ ex illis supponantur potius, quam probentur, aut probari possint. Ita accidit maiori longè evidenti, & periculo in praesenti. Velle, quod ut Papa loquatur ex Cathedrā, necessarium sit, ut ejus decretum non sit editum in Inquisitione, ut incipiat ad perpetuam rei memoriam, ut non sit subfcriptum à Notario Inquisitionis, sed à Datario, ut sit motu proprio, & per specialem Bullam independenter ab Inquisitione emanatum, est tot, & tantis tricis autoritatē Papæ alligare, ut vix umquam constat, quoniam loquuntur ex Cathedrā, aut non loquuntur. Si enim Doctor Complutensis, & alijs suppressio nomine, (apud Lumbier, Torrec. Cardenas, Moyam) dicunt Innocentium non loqui ex Cathedrā, quia ejus decretum non incipit, Ad perpetuam rei memoriam, non est subfcriptum à Datario, non est per Bullam specialem, sed est editum in Inquisitione, signatum à Notario, &c. utique positis omnibus illis, quod sit per Bullam, quod subfcriptum à Datario, quod incipiat, Ad perpetuam rei memoriam, veniet alius, qui his non contentus, negabit his etiam positis Papam loqui ex Cathedrā, vel quia non audivit Consilium, vel quia non audivit, nisi Romanos Theologos, non autem aliarum Universitatum, vel quia Papa, utpote minimè Theologus, non intellexit Theologorum decisio-nes; & sic actum erit de obligatione credendi, quia Papa docuit: nam nulla datur obligatio credendi quod Papa docet, nisi detur moralis saltus certitudo, quod Papa doceat ut Papa: sed suppositis his, & alijs dubijs, à Tom. I.

quibus dependentem faciunt. Pontificiam declarationē, vix umquam dari potest certitudo moralis quod locutio sit Papa ut Papa: ergo ferè numquam dabitur obligatio credendi, quod Papa loquitur, & ei obediendi. Nē ergo res Ecclesiæ, & Fidelium conscientijs adeo pernecessaria, qualis est Magisterium Papæ in materia fidei, & morum, reddatur incerta, & obscura, tria disceptum. Primum, quid sit Papam loqui ex Cathedrā? Secundum, unde nam cognoscere possumus eum loqui ex Cathedrā, an tantum ut Doctorem, & Praesidem privatum? Tertium, an uterque Alexander, & Innocentius locuti sint ex Cathedrā?

Circa primum, putabo me satisfecisse, si N. sensum Theologorum referam; in questionibus enim de rerum quidditate, communis standum est definitioni; nisi enim in definitione conveniamus, actum erit de ceteris ad essentiam sequentibus; & ideo recte Aristot. Aristot. & S. Th. post an est, ponunt semper questionem quid est, ante omnes alias de eadem re questiones. En igitur sineiram Theologorum mentem. Exc. Rocaberti tom. 1. lib. Rocab. 1. cap. 3. n. 250. ait, quod tunc Papa decidit ut Caput Ecclesiæ, quando facit quod in se est, nempe cum uitetur Consilio Cardinalium, & Doctis Virorum, ubi errare non potest. P. P. Suar. S. Th. 1. contra Regem Anglia cap. 3. n. 16. ait, tunc Papam definire ut Caput Ecclesiæ, loqui ex Cathedrā, docere Ecclesiæ, loqui ut Magistrum, Doctorem, & Pastorem Universalem totius Ecclesiæ: (funt enim synonyma, ut etiam notat P. Carden. tom. 4. diff. 1. n. 89.) tunc, inquam, quando aliquid definit, vel approbat tamquam credendum, aut observandum ab universa Ecclesia. P. P. Val. Val. tom. 3. d. 1. quest. 1. p. 7. §. 40. postquam dixit Papa definitiū est standum, ait: Toties autem enim ipsa auctoritate uti credendum est, quoties universam Ecclesiam obligat ad recipiendum veritatem definitam; idem repetit quest. 7. §. 42. ab initio; & quest. 6. §. 39. ait, tunc Papam definire ut Summum Pontificem, & ut Ecclesiæ Caput, quando Decretum edit pro universa Ecclesiæ, quod vellet à Fidelibus indubitanter admitti. In idem venit P. Gibalinus tom. 2. lib. 5. cap. 3. n. 17. P. Gib. de Scientiâ Canonica, & P. Carden. l. c. n. P. Card. 95. M. Canus lib. 6. de locis cap. 8. in response. M. Can. fione ad ultimum, quando tradit aliquid, quod pertinet ad communem Ecclesia utilitatem. P. G. Hurt. d. 11. de Fide diff. 15. ait, tunc P. G. Papam loqui ut privatum Doctorem, quando Hurtad. aliquid docet non intendendo obligare Ecclesiæ ad id amplectendum; tunc autem ut Summum Pontificem, quando aliquid docet ut superior intentione.

Dij

- Filius, *tendendo obligare ad amplectendum illud. Filius in Censurā Pont. pag. 58. ait ex P. Suarez, tunc loqui totū Ecclesię, cum obstringit sub precepto S. Obedientie omnes Christi Fideles, ut indubitanter admittant contentum in Decretis.*
- Dic. *Diez de Prado I. p. §. 1. Hispano idiomate fideliter in Latinum translato: Tunc Papa loquitur ut Doctor privatus, quando non uititur auctoritate, quam habet ut D. Petri Successor, sed tantum auctoritate particulari, quā gaudet ratione sua prudentie, experientie, scientie s. tunc autem ut Caput Ecclesie, quando loquitur ex Cathedrā, seu quando defuit, & determinat aliquid utens totā auctoritate, quā gaudet ut Christi D. Vicarius, & Petri Successor. Herinx tom. 3.d.6.n.88. tunc Papam loqui definitivē, i.e. ex Cathedrā, non tantum dum hoc explicitè dicit, sed etiam dum implicitè significat, ex gr. cīm significat aliquid ab omnibus credentibus. P. Pal. dum. P. Palao tom. I. tract. 4.d. I.p. 5. §. 3. n. 4. quando statuit aliquid a totā Ecclesiā observandum. P. Ars. dum. P. Ardekin tom. I. qu. a. 3. de author. dekin. Pontif. ait, tunc Papam auctoritatē summā definire, quando universe Ecclesiā aliquid prononit, & mandat sub anathemate recipi a totā Ecclesiā; idem repetit quest. 6. Torr. diff. 3. n. 40. Hispanē ait, quando docet universam Ecclesiam insinuando oves, ut discernant inter bona, & P. Moy. mala pascua. P. Moya tom. I. tr. 3. d. 8. quest. 6. n. 23. quādo declarat aliquid in universa Ecclesia. P. de la siā. P. de la Fuente Hurtad. dis. I. quest. 18. Fuente. quando precipit aliquid observandum auctoritate Omnipotentis Dei, ac Vicarius Iesu Christi; & latè explicat, quid veniat per nomen Cathedrae. Caram. lib. I. Theol. Mor. Fund. n. 254. cum toti Ecclesiā declarat se definire articulos, quos vult teneri de fide, & ut tales suscipi, & credi a totā Ecclesiā, neque esse de essentiā definitionis huiusmodi, quod illa acceptetur. Vid. C. Bellarm. tom. I. in Indice, verb. Pontifex, plurima, C. de Lugo, P. Bernal, P. Ovied. P. Petrum Hurtado de Fide, P. Bern & Neufer d. I. quest. 15. pag. 11. P. Ovi. edo. Circa secundum, undenam discerni possit, N. quādonam Papa loquitur ex Cathedrā, 14. quando ut Doctor privatus? Resp. I. quāvis hoc dubium affinitatem habeat cum antecedenti, qualem habet effectus cum causā, lōgē tamē aliud est; eo modo, quo aliud est, quid sit homo, aliud, undenam discernere possim hunc esse hominem; aliud est, quid sit differre specie Philosophicā vel Theologicā; aliud undenam discernere possim, hæc inter se differre specie. 2. Resp. quād cūm hoc dubium, sicut & precedens, apud neminem nequidem obiter, nisi post hæc à me scripta agitatum viderim, quām à solo deinde P. de la Fuente dis. I. quest. 17. & 18. dicendum*
- puto, quād ex re, quam loquitur, ex modo loquendi, & ex personis, quas alloquitur, facile discerni possit, quādonam Papa loquitur, ut privatus Doctor, quando ut Magister totius Ecclesiae. Sicut enim Papa ut Magister totius Ecclesiae loquitur in materia fiduci, quando vel dicit te explicare fidem, vel afferentes oppositum esse hereticos, vel aliquam doctrinam anathematizat, vel jubet, ut omnes hoc credant; & contra loquitur ut privatus Doctor in materia fiduci, dum ad aliquam Ecclesiām particularem, aut personam scribit, (nisi indicet se definire) ita Papa tunc loquitur ut Magister totius Ecclesiae in materia morum, quando totam Ecclesiām alloquitur, & vult, ut indubitanter admittat, quod decernit, & obligat tub excommunicatione fibi soli reservata; tunc autem ut privatus Doctor in materia morum, quando defuit, vel omnes, vel plerique circumstantiae. Notat autem recte Card. Bellar. C. Bel. lib. 2. de Concilijs cap. 12. & ex eo Herinx, Herinx, quād quoties Papa loquitur per modū opinantis, ex gr. cum dicit, Ita apparet, ita opinatur, est verosimilis, loqui ut privatum Doctorem; similiter cūm aliquid afferat praeter illud, de quo tunc est quāstio, adeo ut Papa in rationibus, quas afferat, sustineat potius personam Doctoris disputantis, quam Judicis definientis. Demū in ipsiā etiam Decretis de fide, non verba, sed tantum sensus ad fidem pertinent, nisi de ipso verbo sit disputatio. Vid. Card. Bellarm. Herinx, P. P. Val. Val. II. cc. & Gravnam 2. p. tom. 4. pag. 153. M. Gr.

§. III. Vera sententia.

S U M M A R I U M.

Dicta Decreta sunt ex Cathedrā, et si opiniones discussa fuerint in Inquisitione, n. 15.

Doctores, n. 16.

Rejicitur aliquorum ratio, n. 17. 18. 19.

Tunc Papa loquitur ex Cathedrā, cum vult Decretum suum ab omnibus admitti, n. 20. 21.

Finis Decretorum, n. 23.

Quantum profunt ea Decreta, si sunt à Papa, ut

Papa, tantum obsunt, si non sunt, n. 25.

Inductio simillimum Decretorum Papa, ut Papa,

n. 26.

Ieo, quod licet discussio propositionum N.

15.

Dab. Alexandro VII. & VIII. & Innocentio XI. damnatarum facta fuerit in Generali Inquisitione Romanā, attamen Decreta illas damnantia non sunt ab illis, ut Capite Romanæ Inquisitionis, sed ab illis ut loquentibus ex Cathedrā, & ut Capite totius Ecclesiæ Catholicæ.

Hanc sustinent quotquot post Innocentium

N. tium impreserunt. Ita Lumbier, Filgu. in
Centura pag. 58. Díez de Prado 1.p. §.2. Tor-
rec. diff. 3.n. 40. Hozes in expolitione dam-
natarum pag. 452. P. de la Fuente diff. 1. quest.
Díez, 19. P. Carden. tom. 1. d. 9. cap. 20. art. 2. &
Torrec. 3. & tom. 4. diff. 1. cap. 4. & P. Moya, qui
Hozes,
P. de la
Fuente,
P. Carden.
P. Moy.

etiam ante Decretum Innocentij Tomum pri-
mum impreserit, attamen docet, quod nos
deusa.
duxit distinctionem eorum, qui dixerunt
Decretum Alexandri VII. non esse ab eo ut
Capitu totius Ecclesie, sed ut Doctore par-
ticulari, ait: *Audio non nullos ita distinguere, sed*
quid me non bene audiunt; & paulo infra aut:
Res sane gravissima est, & *digna,* que Eccle-
sie iudicio expresse discernatur: *secus ab nul-
litas autoritatem ab afferro dimovet;* id est,
à dicendo tale Decretum Alexandri esse ab
eo ut Capitu totius Ecclesie. Jure merito tâ-
tus Vir hæc dixit, alias de plerisque Decre-
tis actum erit; præsertim si vera esset ten-
tentia eorum, qui docent similia Decreta
Pontificum, esto sint gravissimæ authorita-
tis, non tamen sufficere ad tollendam prob-
abilitatem opinionum damnatarum, quos
recenset idem P. Moya l.c. a.n. 2.

N. Ut autem opinio solidè pro rei gravitate
probetur, adducam priùs aliorum rationes,
refutando quas puto infolidas, & amplect-
ētendo solidas. Prima, cui inititur Lumbier,
Lumb.
Filgu.
Torrec. Filg. est: Vt hæc Decreta omnes
obligent, satis est ea promulgatio, que fac-
tis est, ut omnes obligarentur, si opiniones
fuissent damnatae maiori censurâ; sed si damnatae
essent maiori censurâ, ex. gr. ut haere-
tice, ut ea Decreta obligarent omnes, satis
est, ut essent moraliter certi, quid ea Decre-
ta lata fuissent, esto non essent hic pro-
mulgata: ergo nunc hoc modo obligant.
Confirmant paritate à pluribus laudat: Sicut, si aliqui me rati certò confet hunc
cibum esse venenum, tenetur quilibet hoc
sciens ab eo abstinere; ita à pari, si certò mor-
aliter confet hanc doctrinam non esse fa-
nam, tenetur eam desererere: sed eti Decreta
Alexandri non sint in Hispaniâ promulga-
ta, est certum moraliter Hispanis ratione
Decreti Alexandri publicati Romæ, doctrina-
nam damnatam esse noxiā: ergo Decreta
Pontificis, saltem quatenus declaratoria, &
doctrinalia, non egent nisi promulgatione
factâ Romæ, ut omnes obligent. Ita citati.
Sed contra primò: quia resolutio hujus qua-
stionis, an Decreta Alexandri sint Pontif-
icia, an tantum Pontificis ut Präfidis alicuius
Congregationis, non pendet ab illâ qua-
stione, an Leges Pontificie quatenus décla-
toriae obligent etiam, ubi nō sunt promul-
gatae, de quâ infra quapropter ut argumen-
tum concluderet, &c quidem, ut hoc unice
concludat, nempe satis esse, ut Lex Ponti-
ficia sit Romæ promulgata, ut Hispanos
obliget, hoc enim tantum concludit debuif-
fent Adversarij prius probatæ ea Decreta
Alexandri, & Innocentij esse Pontificia, si
enim talia certò sunt, tunc dico, quod qua-
tenus declaratoria sunt, obligant omnes, qui
certam de illis notitiam habent, eti non sint
Romæ promulgata. In formâ responderi
posset distingendo: Ut hæc Decreta, si
sunt Pontificia, omnes obligent, satis est ea
promulgatio, &c. concedo maiorem; si non
sunt Pontificia, nego maiorem, & distinctâ
eo modo minori, nego consequentiam. Ratio
est: quia, ut recte ad hoc argumentum Doc-
tor Complutensis, maior, vel minor obli-
gatio non tam defumitur à maiori, vel mino-
ri censurâ, quam à maiori, vel minori autho-
ritate infallibili, aut fallibili, eas censuras
ferente: si enim sunt ab autoritate infallibili,
seu Pontificiâ, obligant ubicunque
omnes; si autem à fallibili, seu ut Präfide
Congregationis Romanæ, non obligant, ni-
fi ubi sunt promulgata. Probandum igitur
erat ea Decreta esse Pontificia, ut rem evin-
cerent. Ad confirmationem dico, quid eo
ipso quod Adversarij non probant Decreta
Alexandri, & Innocentij esse Pontificia, co-
ipso etiam non probant eti à Medico infalli-
bili, atque adeo non esse infallibiliter ve-
rum cam doctrinam esse noxiā; unde licet
authoritas Papæ purè ut Präfidis fit gravissima,
potest tamen occurrere alia gravis ra-
tio, vel authoritas infirmans autoritatem
fallibilem Papæ, ut Präfidis Congregatio-
nis; & si paritas est contra suos Authores:
ut enim, si contra unius medici, eti gravissimi-
mi, testimonium, tetet testimonium plurium
medicorum, qui ratione, & experientiâ sua-
derent talem cibū taliter dispositum non esse
venenum, liceret eum edere; ita in casu no-
stro. Hæc Doctor Complutensis, & merito.

Secunda ratio est P. Moyæ tom. 1. tr. 3. d. N.
8. quest. 6. n. 23. quem laudat, & lequitur 18.
Torrec. n. 39. & Filgu. pag. 58. quia, quid eo
ipso quod Adversarij non probant Decreta
Alexandri, & Innocentij esse Pontificia, co-
ipso etiam non probant eti à Medico infalli-
bili, atque adeo non esse infallibiliter ve-
rum cam doctrinam esse noxiā; unde licet
authoritas Papæ purè ut Präfidis fit gravissima,
potest tamen occurrere alia gravis ra-
tio, vel authoritas infirmans autoritatem
fallibilem Papæ, ut Präfidis Congregatio-
nis; & si paritas est contra suos Authores:
ut enim, si contra unius medici, eti gravissimi-
mi, testimonium, tetet testimonium plurium
medicorum, qui ratione, & experientiâ sua-
derent talem cibū taliter dispositum non esse
venenum, liceret eum edere; ita in casu no-
stro. Hæc Doctor Complutensis, & merito.

D iij dum

dum loquitur ut Supremus totius Ecclesiae Pastor, est infallibilis, non ita, dum ut Praeses Inquisitionis.

N.
19. Tertia est ex P. Carden. n. 103. Inter
damnatas ab Alexandro VII. est haec nume-
P. Card. ro octava. Post Decretum Urbani VIII. licet
ad hoc duplicatum stipendium accipere pro unius
Misericordie celebratione. Nunc hic : Decretum Urbani de stipendio duplicato non sumendo pro una Misericordia prodit non minus in Inquisitione Romana, quam Decreta Alexandri, & Innocentij : sed Alexander VII. declarat illud Decretum Urbani in Inquisitione promulgatum, esse Urbani non ut Praesidis Inquisitionis, sed ut Capitis totius Ecclesiae: ergo etiam Decreta Alexandri, & Innocentij. Minor probatur: Si Decretum Urbani efficit Urbani ut Praesidis Congregationis, non est infallibile, non licere duplex pro una Misericordia recipere: sed est infallibile ex Alexander VII. dominante eius contradictriam, licet duplicatum pro una Misericordia stipendium etiam post Decretum Urbani recipere: ergo est infallibile non licere. Verum licet argumentum hoc sit ingeniosum, non tamen Adversarios convincet, ut enim dicebant Decretum Urbani fuisse ab Urbano, ut Praeside Inquisitionis, ita hoc idem dicent de Decreto Alexandri, adeoque inaniter per Decreto Alexandri probare P. Cardenas, quod Decretum Urbani fuerit ab Urbano ut Capite totius Ecclesiae. Rursum, sicut quia Decretum Urbani putabant esse ab Urbano ut persona privata, docuerunt Adversarij, ubi non fuit promulgatum, opinionem oppositam damnatae ab Urbano, & parvum non esse infallibile, quod non licet duplex pro una Misericordia accipere; ita arbitrantes Decretum Alexandri VII. esse ab eo ut persona privata, dicent non esse infallibile, non licere duplex pro una Misericordia post Decretum Urbani stipendium recipere.

N.
20. Itaque probatur primo. Toties Pontifex
loquitur ex Cathedra, quoties edit Decre-
tum pro tota Ecclesia Catholicâ, & vult il-
lud ab omnibus indubitanter admitti, & fert
sententiam excommunicationis sibi soli re-
servatam ipso facto incurriendam à quocumque
cujusvis status, & dignitatis homine,
qui ei quomodocumque contraveniat, &
prohibeat in virtute S. Obedientiae, & sub
intermissione Divini Iudicij omnibus etiâ
specialissimâ notâ dignis, ne aliquam ex
damnatis ad proximâ deducant: sed ita se ge-
runt uterque Alexander, & Innocentius in
suis Decretis: ergo loquuntur ex Cathedra.
Maior est omnino certa, quam ut calculo
Thologorum firmarem, & elapsi plurimos

adduxi; in definitionibus autem standum est
judicio Authorum; alias si cuilibet permisum effet novas condere definitions, omnis
quaestio ad definitionem reduceretur, & ni-
hil certi in ulla re haberi posset. Minor probatur: nam in titulo Decreti expresse dicitur, *Decretum SS. D. N. Innocentij*, quod iterum repetitur: ne autem ulla daretur ansa Advertarijs dicendi, esse Decretum Innocentij ut Praesidis Inquisitionis, immo esse Decretum Innocentij, ut ex Cathedra, Pa-
pa in eo Decreto alloquitur omnes Christi Fideles; & in Procedendo trahit pro sua locutionis motivo, fecernere salutaria ovium sibi creditarum pacifica à noxijs, quod est munus Patoris: ut enim Christus D. D. Petrus in Caput totius Ecclesiae inauguraravit per ea verba, *Pax eis oves meae*; ita Innocentius, & uterque Alexander, ut ostendant se lo-
qui tamquam Caput totius Ecclesiae, eadem
Patoris, ovium, pacificorum metaphora utitur. Rursum Innocentius, & Alexander volunt, ut omnes indubitanter admittant sua Decreta, sub pena excommunicationis sibi servatâ contra defendantes, edentes, disputantes; & sub intermissione Divini Iudicij prohibent, ne ullam, quicunque ille sit, practicent: ergo talia Decreta sunt ex Cathedra. Confirmò ex clausula Decreti Innocentij, qui præcipit, ut omnes in virtute S. Obedientiae caveant in disputationibus, & prædicationibus ab omni centura, notâ, & convitijs contra propositiones inter Catholicos controversias, donec a Sanctâ Sede recognite, feratur de illis judicium: ergo Innocentius supponit ut certum, à ipsis damnatas esse à Sanctâ Sede recognitas: sed propositiones esse à Sanctâ Sede recognitas, est formaliter idem, ac si judicas a Papâ ut loquente ex Cathedra: ergo Innocentius in suo Decreto loquitur ex Cathedra. Idem proportionaliter dicit de utriusque Alexandri Decretis.

Quapropter P. de la Fuent. Hurt. quaest. 19. N.
n. 138. dixit adeo clarum esse, inspesto co-
rum Decretorum textu, quod ea Decreta
fint immediatè à Summis Pontificibus, Ale-
xandro, & Innocentio, & non ab Inquisi-
tione, ut non possit in dubium vocari. Ne-
que enim, ait citatus Doctor, ab aliqua particuliari Congregatione emanarunt, cui Pa-
pa decisionem commiserit, nec eo consilio
prodierunt, aut *falso verbo cum Sanctissimo*, ut
in plerisque Decretis Congregationum ac-
cidit; sed ipse Pontifex est, qui loquitur; ip-
se qui Cardinales, & T.T. audivit; ipse statuit, ac decrevit, & damnavit, ut scandalosas, & præcepit, ne in posterum practicaren-
tur;

tur, & in disputationem vocarentur. Cum autem omnia non potuerint fieri a Papa ut persona privata, planum est, Decreta ab eo emanante, ut eit Caput Ecclesiæ, & Judex controversiarum moralium, adcoque sunt Decreta Sedis Apolitice suâ propriâ authoritate utentis, & esse infallibilia, quomodo cumque deinde vocentur, sive ex Cathedrâ, sive ex Tribunal. Hęc P. de la Fuentē.

- N.
22. Secunda ratio sumitur ex censurâ excommunicationis *soli* Papæ præterquam in articulo mortis reservata: quæro enim, vel talis censura sit lata a Papa ut Papa, vel ut p[ro]p[ter]o Inquisitore Generali? si a Papa, ut Papa: ergo etiam Decretum damnans opiniones eit a Papa ut Papâ; aut si hoc non eit a Papa ut Papâ, nec excommunicatio. Ratio eit mihi certa: quia contra censuram latam a Papa ut Papâ itant omnes Adversarij obseruationes, quibus tentat suadere Decretum non esse à Papâ ut Papâ: dicam enim ego, quod ut censura sit a Papa ut Papâ, non debeat ferri per Decretum ab Inquisitione emanatum, nec ab ejus Notario subscriptum, &c. Si autem dicatur eam censuram non esse à Papa ut Papâ: ergo non eit foli Papæ reservata, quia eit principium apud TT. certum in materia de censuris, & Legibus, ci convenire potestatem tollendi reservationem, & legem, cui competit authoritas legem condendi, & reservandi: ergo si ea censura non eit à Papâ ut Papâ, non eit ei foli reservata; sed Adversarius hoc meritò negat, tum quia Decretum expressè dicit eam *soli* Papæ reservatam, tum quia Hispanus defendens aliquam ex damnatis non esset necessario à Papâ absolvendus, sed fatus esset, ut ab Inquisitore Generali Hispano; ut enim Hispanus in Hispaniā vivens non eit subjectus censura lat, ab Inquisitore Romano, (ut Hispani docent) ita ab eis non eit absolvendus ab Inquisitore Romano. Cum igitur censura sit lata ut Papâ, nec alius possit ferre censuram foli Papæ servatam, nisi folus Papa, certò moraliter infertur Decretum, quo ea censura intimatur, esse à Papâ ut Papâ; quia enim vel apparenti ratione suadebitur mihi, vel quod Decretum sit à Papâ, ut Capite Inquisitionis Romanæ, censuram autem esse à Papâ ut Capite totius Ecclesiæ; vel quod censura sit etiam à Papâ ut Capite Inquisitionis, reservatio autem, & absolucione danda sit à Papâ ut Capite totius Ecclesiæ. Fateor me hęc non intelligere.
- Tertia ratio sumitur ex fine Decretorum Alexandri, & Innocentij finis enim, & motivum, ut constat ex Decretis eorum Pon-

tificum fuit revocare oves Ecclesiæ, sibi ut Summis Ecclesiæ Pastoribus commissis, à spatio perdictionis via; quo posito, ita arguo. Finis Innocentij, & triuique Alexander fuit revocare, damnando mala pacifica, ad salubria Ecclesiæ pascue *omnes* Christi Fideles, nam Decretum omnes alloquuntur: fed hunc finem dicti Pontifices obtine-re non poterant, si præcisè se gesistissent ut Caput Inquisitionis; posunt autem eum efficaciter obtinere, si te gerant ut Caput Ecclesiæ: ergo debuerunt se gerere in dictis Decretis ut Caput Ecclesiæ. Maior est certa ex Decretis. Minor etiam est certa: quia Papa præcisè ut Caput Inquisitionis Romanæ eit fallibilis in declarando, immo eidem præcisè ut Capiti ejusdem Inquisitionis, dicunt Hispani, non esse subjectos illos, qui Hispaniæ Inquisitione subduntur: ergo cum Pontifices dicti alloquantur omnes, & effacerit velini, quod volunt, ut certum eit, consequenter dicti Pontifices non posseunt non loqui ut Caput Ecclesiæ.

Confermo primo: Adversarius concedit N. rationem, à quā Papa motus fuit, fuisse revocare ad arctam salutis viam oves per spatiōm opinionum viam ambulantes; negat autem Papam ea Decreta tulisse ut Caput Ecclesiæ, sed ut Inquisitorem Generalem, eo tamen animo, ut omnes Fideles revocaret, licet fungens munere puri Inquisitoris Generalis, non posset omnes aequaliter obligare. Hęc Adversarius contra nos, nunc ego contra illum. Si Alexander se gesistisset ut Inquisitor Generalis, potens se facile gerere in Decreto ferendo ut Caput Ecclesiæ, sequitur primò, quod Alexander in re summi momenti habuisset meram velleitatem, cum teneretur, & facile posset habere voluntatem efficacem, & hoc autem nullus dabit. Sequela probatur: quia Alexander ut Caput Inquisitionis non potest (ait Adversarius) *omnes* oves obligare: fed Alexander, ut etiam concedit Adversarius, habuit voluntatem revocandi *omnes* Fideles, voluntas autem tendens in impossibile est velleitas: ergo si Alexander decrevit præcisè ut Caput Inquisitionis, habuit meram velleitatem revocandi *omnes* oves. Secundo sequitur Alexandrum pigerrimè, ni dicam fatuè, in salutis negotio le gesistisse, quatenus pollicens facilissimo, & unice necessario medio ad revocandos in salutis viam *omnes* Fideles, (medium autem erat loqui ut Caput Ecclesiæ) neglexerit medium unice necessarium, afluxo medio inutili, & ad finem intentum inefficaci. Tertio sequitur Alexandrum inconsideratè locutum, cum enim non posset præcisè ut Caput Inquisitionis:

tionis, (teste Adversario) alloqui *omnes* Fideles, & *omnibus* imperare, attamen illis *omnibus* imperavit, & *omnes*, nullo dempto, allo-
cutus est cum communione excommunicationis. Certè ne levi quidem probabilitas specie puto dici posse, dictos Pontifices in suis Decretis locutos ut Caput Inquisitionis, nisi probabiles sint deducere sequelæ, quod nemo dicet.

N. 25. Confirmo secundò: quia quantum utilitatis Fidelibus provenit ex Decretis, si fint à Papà ut Capite totius Ecclesiæ, tantum detrahitur, si fint à Papà ut Capite Inquisitionis. Prima utilitas est, quod necessarium aliquando fit, ut omnes Fideles cognoscant supra se Pontificem tamquam Caput totius Ecclesiæ, & ejus infallibilitatem cæco intellectus obsequio venerentur. Secunda, ut admittant indubitanter, quod Papa præcipit, & rejiciunt, quod damnat. Tertia, ut tamquam infallibile tuncantur, quod Papa docet ut Caput Ecclesiæ. Cestant autem dictæ utilitates, si Papæ in dictis Decretis se habent ut Caput Inquisitionis. Cestat prima; quia non cognoscitur ut Judex totius Ecclesiæ, secunda, quia, licet ut Caput Inquisitionis sit gravissima authoritas, non tamen tantæ, ut reddat infallibile, quod asserit, tercia, quia infallibilitas non est promissa Papæ ut Capiti Inquisitionis, sed ut Capiti Ecclesiæ Universali.

N. 26. Quarta ratio sumitur ex perpetuâ similium Decretorum interpretatione; securior enim legis interpretatio est consuetudo: sed, P. Moy. ut bene P. Moya n. 23. Decretum Clemens VIII. prohibentis absolutionem inter abstinentes fuit sub eadem formâ datum in Universali Inquisitione Romana anno 1602. & tamen ita datum, fuit tantâ reverentia ab omnibus exceptum, ac si esset, ut vere est, Decretum Papæ loquentis ex Cathedrâ, nec ullus post illud Decretum ausus est docere opinionem damnatam, vel dicere Decretum fuisse Clementis ut Capitis Inquisitionis; immo omnes TT. ut certum supposuerunt, Decretum fuisse Clementis ut Capitis totius Ecclesiæ; & tale Decretum expresse vocatur à P. Palao tom. 4. tr. 23. d. unicâ p. 5. Motus proprius, ait enim; sed jam de hac re dubitare non licet, quia Clemens VIII. in Motu proprio, &c. & Joan. Mart. de Prado trahens idem Decretum Clementis in tom. de Poenit. quæst. 3. de qualitate Sacramentalis Confessionis dub. 1. n. 20. dicit esse doctrinam ex Cathedrâ, & à P. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 19. sect. 3. in fine, vocatur definitio; ait enim: est intentio certa in gradu a Pontifice definito:

P. Kon. quod idē trahit P. Konin. & alij paſſim: ergo

licet Decreta Alexandri, Innocentij, Urbani, aliorumque Pontificum damnantium ali-
quas opiniones morales, codem tenore pro-
cesserint, non obstat, quin hæc Decreta sint
Pontificia, seu ex Cathedrâ. Confirmo ratio-
ne initio §. antecedentis adductâ, quam hac
paritate illuitro: Magis necessarium est Ec-
clesiæ scire, quandom Papa loquatur ex
Cathedrâ, quam Hispaniæ scire, quando
Rex loquatur ut Rex: nisi dicere vlinus,
Deum magis egisfe causam Reipublicæ ſecularis, quam Christum D. Reipublicæ
Christianæ à ſe institutæ, & ſuo fanguine
redemptæ; ut ergo Deus ſubditis dedit di-
cerniculum, quo vocem Regis ut Regis di-
cernere poſſent à voce Regis ut perſonæ
privatæ; ita multò magis Christus D. dedi-
ſe debuit diſerniculum, quo Fideles vocem
Papa ut Capitis totius Ecclesiæ diſcernere
poſſent à voce Papæ ut perſonæ privatæ; nul-
lum autem inclius diſerniculum defiderari
potest, quam quod Papa omnes Fideles al-
loquatur, omnibus præcipiat, & ab omni-
bus ſuam decisionem ut indubitatam admit-
t velit. Sanè vix puto auſurum aliquem tot
quaſtiuncula confundere vocem Regis, ut
vix apparere poſſit, quando Rex loquatur
ut Rex; & audemus tot tricis vocem Pon-
tificis implicare, & exigere ut neceſſariās tot
loci, modi, Notarij, figilli, tituli circum-
ſtantias, ut poſt diuīturnum carum circum-
ſtantiarum examen, in re Ecclesiæ adeo ne-
ceſſariā, nulla inde utilitas proveniat, quam
confuſio, ignorantia, & Decretorum Pon-
tificiorum inobſervantia. Ego certè paratus
poſtū fum in eam venire ſententiam, ut vel
negem nobis conſitare, quando Rex loquatur
ut Rex, quam dependentē ab innumeris cir-
cumſtantijs Pontificis loquelam afferere; lō-
gè enim absurdius eft Supremum omnium
Principem, cuius vox veritas, & vita æter-
na eft, mille tricarum nodis irretire, quam
vocem Principis ſecularis. Apage.

§. IV.

Solvuntur arguments.

SUMMARIUM.

Locus nil facit, ut Papa loquatur ut Papa, n. 27.
Discrimen inter Decretum Clementis VIII. Ale-
xand. & Innoc. n. 28.

Cur Decretum Hispane Inquisitionis neceſſarium, n. 29.

Cur Papa loquens in Inquisitione, non loquatur
ut Praeses illius, sed ut Caput totius Ecclesiæ;
Rex vero loquens in Congregatione Ordinis S.
Jacobi, non loquatur ut Rex, sed ut ejus O-
dinis Magister? n. 30.

An ea

An ea Decreta ditenda definitiones ex Cathedrâ, n. 31.
Censura Pape ut Papa sub iisdem circumstantijs immutabiles, ibid.

Rejicio Filgueiram, n. 33. 34.

Quo Congregationes numeret, ibid.

An Cardinalium Declarationes sunt leges? n. 35.

Inter se aliquando opponantur, ibid.

Per hoc quod liber ab Ecclesiâ approbetur, non ideo est de fide quidquid continetur, eis sit D. Augustini, n. 36.

Exercitorum liber qualiter approbatus, ibid.

Liber damnari potest a Papâ, vel ut Capite Inquisitionis, vel ut totius Ecclesiæ, n. 37.

A sententiâ declarativâ Pape non potest fieri supplicatio, a legislativâ potest, ibid.

Ly tamquam in Decretis non importat impri- pietatem, n. 38.

N. 27. **A**D argumentum resp. me in nullo au- thore antiquo legiſt, quod ad hoc ut decretem sit certo Pontificium, non debet emanare ab Inquisitione, nec ab ejus Notario subscribi; hoc enim perperam Adversarij requirunt, & ad summum probat, ut ait D. C. P. de la Fuente n. 139. Decreta ut tradita in Tribunali Inquisitionis Romanae, non ha- bere vim generalem obligandi ex tunc, sed tantum ab eo die, quo per modum Legis Pô- tificie promulgata sunt: ut enim Papa lo- quatur ut Papa, nihil intereat locus, ubi Pa- pa suam mentem manifestat; dummodo enim ejus mens deinde publicetur, tenemur illi stare. Addo: sicut omnes DD. pro certo supponunt oppositum, ut dixi de Decreto Clementis VIII. (cujus discrimen à Decre- tis Alexandri, & Innocentij legi potest in P. de la Fuente queſt. 12.) quod etiā emanatum à Congregatione, attamen est certo Pontificium, ita & alia. Addo etiam, quod dis- cretivum Decreti certo Pontificij sumendum potius est à personis, & modo, quo Papa eas alloquitur, quam à loco; si enim Decretum alloquatur omnes Christi Fideles, & velit, ut indubitanter acceptetur, tunc Decretum est certo Pontificium, sive deinde immediatae emanat à Papâ, sive à Congregatione, pre- cipiente Papâ; & ideo P. de la Fuente dif. 1. queſt. 8. querens, quâ potestate Pontifices in his Decretis usi fuerint, ait certum esse, usos fuisse autoritate Apostolica, seu Pa- storis Universalis totius Ecclesiæ, non au- tem privatâ; nam alloquuntur ubique omnes, & loquuntur, ut Caput, quod præfuit omnibus membris. Hinc patet ad primam confirmationem. Ad secundam ait Filg. pag.

N. 29. 45. Decretum Hispanæ Inquisitionis non fuisse simpliciter necessarium ad hoc, ut De-

cretum Inquisitionis Romanæ obligaret Hispanos, quia hoc fuit editum de manda- to Papæ, qui est Superior Inquisitionis His- panæ, nam Praes Inquisitionis Hispanæ totam suam autoritatem habet à Papa; fuit ergo Inquisitionis Hispanæ Decretum ne- cessarium, ut melius, & citius Romanæ In- quisitionis Decretum effectum suum forti- retur, & ut omne imprudens dubium tolle- retur, quod forte oriri posset de valore De- creti Romani, nisi a Decreto Hispanæ In- quisitionis, ejus Decreti Romani obligatio intimaretur.

Pot hæc Doctoris Complutensis argu- menta, restant nobis alia afferenda ex alijs, & solvenda.

Objicis primò: Si Rex Hispaniae præci- piat aliquid in Congregatione Ordinis S. Ja- cobi, tunc non præcipit ut Rex, sed tantum ut dicti Ordinis Magister Generalis: ergo etiam Pontifex præcipiens in Inquisitione Romanâ non præcipit, ut Papa, sed ut Ca- put Romanæ Inquisitionis. Resp. cum P. Card. tom. 4. n. 101. esse manifestum discri- men, quia tunc Rex decernit tantum mate- riam propriam ejus Ordinis Militaris: ergo non præcipit ut Rex, sed tantum ut Caput ejus Ordinis; econtra Papam in Inquisitione decernit pro totâ Ecclesiâ, & materiam per- tinentem ad totam Ecclesiâ, & omnes Fi- deles etiam Romanæ Inquisitioni non sub- jectos alloquitur: ergo decernit ut Caput totius Ecclesiæ.

Objicis secundò: Si Innocentij, & utrius- que Alexandri Decreta essent ex Cathedrâ, N. essent definitiones ex Cathedrâ. Resp. ex 31. P. de la Fuente dif. 1. n. 138. hoc non esse p. de la nisi puram de voce quæstionem, an dicta fuene. Decreta dicenda sint definitiones ex Cathe- drâ. Si per definitionem ex Cathedrâ veniat quelibet Papæ infallibilis decisio, & decla- ratio in quâcumque materia, in hoc sensu ea Decreta sunt definitiones ex Cathedrâ, quo sensu P. Suar. P. Vafq. P. Arriaga, P. Palao apud P. Cardenas n. 119. Decretum P. Stat. Clementis VIII. damnans absolutionem in- P. Valq. ter absentes, vocat definitionem ex Cathe- P. Pala- drâ, & tale etiam dicitur à M. Mart. de Pra- P. Card. do l.c. & quo sensu Herinx approbationem Herinx. Religionum dixit n. 90. esse quodammodo Papæ definitionem, & P. Gasp. Hurt. d. 11. P. Gasp. dif. 15. Decretum Papæ circa mores vocat Hurt. definitionem. Si autem per definitionem ex Cathedrâ veniat Decretum declarâs, & con- stituens veritatem definitam tamquam articulum fidei, & propositionem damnatam reddes hæreticam, in hoc sensu Decreta Ale- xandri, & Innocentij non sunt definitio ex Cathedrâ

Cathedrā, non enim Papę damnatas opinio-
nes declarant hæreticas, nec carum contra-
dictorias declarant Catholicas, et si damnatae
dicant esse ut minimum scandalosas. Igi-
tur ea Decreta sunt declarationes ex Cathe-
drā, non definitiones ex Cathedrā, nisi in
Lumb. Torrec. primo, non in secundo senatu. Vid. Lumbier,
P. de la Torrec. & præcipue P. de la Fuente *dis. 1. Fuente. quæst. 18. & P. Card. tom. 4. dis. 1. cap. 7.*
P. Card. *Objecies tertio: Cenfurę, ut a Papa ema-
natę, sunt perpetue, & immutabiles: sed
32. horum Decretorum censurę non sunt tales, ut
constat ex particulis pro nunc, & interea; hę
enim particulę non imponunt perpetuum
silentium: ergo. Rcp. cas censuras esse sub
ijsdem circumstantijs immutabiles; quod si
contingat, ut censurę mutentur, erit, quia
circumstantię mutabuntur, putę, quia tol-
letur scandalum à damnata; ut enim dixi,
damnata sunt scandalosę ut jacent; & hoc pa-
ter apposito exemplari, nam Alexander VII.
damnat ut scandalosam propositionem 37.
*Indulgientia concepsa Regularibus, & revocate a
Paplo V. sunt hodie revalidatae.* Ecce eti scandalosa,
quia supponit revalidatas; quod si
contingat, ut revalidentur, mutatis circum-
stantijs, non erit scandalosa, nec damnata. Ad-
dit P. de la Fuente n. 142. quod licet loqua-
mur de damnatis spectantibus ad ius natura-
le, vel Divinum, accidere possit, ut pro tem-
pore censura Papę varietur; non quia caju-
ra sunt mutabilia, sed quia eorum intelligentia
accidentibus novis rationibus potest varia-
ri: exemplo sunt plurimae opiniones, quas
Papa damnat, quia dicunt aliquid esse pro-
babile; non enim repugnat, ut opinio nunc
improbabilis fiat postea probabilis, & econtra,
ut nunc accidit; plures enim olim putat e probabiles, sunt post ea Decreta impro-
babiles; & hoc quidem contingit sententiae
tuenti Deiparum in Originali conceptam, ut
plures docent, quae, & aliae olim putaban-
tur probabiles, & aliquorum SS. Patrum
dictis conformes, & nunc aliquę ex illis sunt
damnatae; aliquę autem, nempe de peccato
originali Deiparę, eti non sit damnata, ni-
si ut defendatur, plurimi tamen merito vo-
lunt esse improbatum. Quomodo autem
non erraret Papa, qui nunc diceret opinio-
nem aliquam esse probabilem, quae postea
evaderet minus probabilis, immo falsa? Ait
idem P. de la Fuente, ideo non erraturum,
quia mutarentur circumstantiae: ita unus Pa-
pa approbavit aliquam Religionem tam-
quam utilē, quam alius mutatis circum-
stantijs extinxit; unus damnavit aliquam
opinionem, ut piarum aurium offensivam,
& malę sonantem, quae verò sensu intellecta*

deservit esse malę sonans. Hæc P. de la Fuente. P. de la
Fuente n. 103. & 142. ex Corduba in quæstio-
nario lib. 1. quæst. 7. §. 14. ante finem, & alijs. Cordu-

Nota autem hic quali per transennam, me
non capere doctrinam Filgu. a pag. 28. in N.
Cenfurę ubi primo queruntur, an Decreta Ale-
xandri sint idem, ac declarationes Cardina-
lium; & ait hoc esse discrimen, quod declara-
tiones Cardinalium ordinantur ad alia ne-
gotia, & postiuncti consulti, & inconsulti
Papā fieri, talia autem Decreta sunt a Congre-
gatione Cardinalium consulti Papā, &
ut vitetur vita Christiana corruptela. Se-
cundō ait pag. 29. quod declarationes Cardi-
nalium, (loquitur de omnibus,) si sint cir-
ca calum singularem, & fiant consulti Pa-
pā, habeant vim legis ad causas similes; si au-
tem non fiant, & sint ad causas singulares,
non habent vim legis pro similibus. Tertiō
ait, Decreta Congregationum facta ex spe-
ciali Papæ mandato, seu Papā consulti, pe-
rinde esse, ac si immediate a Papā produc-
rentur. Quarto ait, Congregatione Cardinalium nullam aucti potestatem leges con-
dendi, sed tantum interpretandi jam latas,
& colligit ex Bullā Sixti V. adeoque si no-
vam legem condit, est immediate a Papā.
Quinto, Decreta Alexandri vocat Decreta
S. Rom. & Universalis Inquisitionis. Sextō
pag. 58 ipsa Decreta Alexandri esse à Papā,
ut loquuntur ex Cathedrā.

Hæc ego non capio, primò, quia non vi-
deo, quomodo Decreta Alexandri modo vo-
cat Decreta Congregationis, modo Decre-
ta Papæ loquentur ex Cathedrā: secundō
non video quomodo ex verbis Sixti inferat,
nulli Cardinalium Congregationi (numerat
autem quindecim) incēt potestatem con-
dendi leges; nam Sixtus videtur tantum lo-
qui de Congregatione Concilij Tridentini,
qua quia respicit dogmata fidei, & morum,
recte Cardinalibus non incēt authoritas no-
vas leges cōdendi circa fidei dogmata; num-
quid aliae Congregationes tractant de mate-
riā Fidei? Tertiō, si Filgueira, quia Sixtus
declarat nullam incēt authoritatē leges
condendi Congregationi Tridentini circa
fidei dogmata, infert citatus Author nullam
alii Congregationibus vim incēt ad novas
leges condendas; ita ego, quia Sixtus ex-
prefit ait, se impetrari facultatem, se consu-
ltto, Cardinalibus interpretandi, quæ spectant
ad morum reformationem, dicam ego nullam
omnino authoritatē incēt alijs quin-
decim Congregationibus ad tractanda nego-
tia, nisi consilio Papā; sicut autem hoc di-
cere non possum, ita neque dici potest, quod
dicit Filgueira. Advertendum autem, quod
licet

Bonac. licet Doctores passim cum Bonacina, Diana, nà, Herinx tom. 2. d. 3. quæst. 14. afflant Cardinalium declarationes non habere vim legis, saltem ex defectu promulgationis; sunt tamen maximi ponderis, nec ab illis, si authenticæ sint, facilè recedendum, ut constat ex Rotâ Romanâ, quæ in litibus decidendis sequitur eas declarationes, tamquam decisiones probabilissimas. Quia autem interdum Cardinalium declarationes sunt inter se oppoñitæ, ait Caram. Diana, & Herinx n. 185. ideo Urbanus VIII. die 11. Augusti anno 1632. decretivit nullam fidem illis, tive in iudicio, sive extra, eis adhibendam, nisi in authenticâ formâ, solito sigillo, & subscriptione Cardinalis Prefecti, & Secretarii ejus Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint. Hoc certum, quod, si Papa approbet, & jubeat observari declarationem Cardinalium, habeant vim legis, si promulgentur. Vid. de hac re Illust. D. M. Tap. Tapiam tom. 1. lib. 4. quæst. 8. art. 8. qui hinc fustineat, ut probabilius, declarationes Cardinalium habere vim legis obligantis in utroque foro omnes, & semper, (quod ego etiam verius puto) ac si a Summo Pontifice editæ essent, & ita sentiunt Nicolaus Garciæ, &c.

Marand. circa tom. 1. de Beneficijs in Praefatione, Mi-
Monet. randa, Moneta, P. Salas de Leg. tr. 14. d. 21.
P. Salas sezt. 12. Barboſa, & alij; attamen idem M. Baboſa. Tapiam sententiæ negantem habere vim legis, sed tantum est dictamen gravissimum Patrum, affirmit probabilem cum P. P. Sanc. Sanch. tom. 3. de Matr. lib. 8. d. 2. n. 10. Na-
var. varro conf. 34. de Præbendis, Valero de Di-
ferentia utriusque fori, verbo absolutio, diffe-
rentia, rentia 1. n. 20. Pontio lib. 3. de Matr. cap. 13.
Diana, §. 2. n. 1. Diana 1. p. tr. 10. ref. 29. & alij.
Filgue. Omitto, quæ Doctus Filguei, prolixo labore
transcribit ex suo Th. Hurtado circa libros
prohibitos: de quibus vide Herinx tom. 3. d.
dok. 9. quæst. 8. per totam, & P. Arfdekin quæst.
P. G. 4. & 5. P. Gasp. Hurt. d. 10. dif. 11. Caram.
Hurtad. tuſe lib. 1. à n. 318. & à n. 255. eruditè, &
Caram. M. Hozes pag. 644. & P. Moya tom. 2. tr. 5.
P. Moy. quæst. 10. per totam.

N. Benè autem monet Abulensis in Defen-
sorio p. 2. cap. 81. quod non ideo, quod Ec-
clesia approbat aliquem librum, eti S. Au-
gustini, eis fide quidquid in eo contine-
tur; ait enim, si approbat Ecclesia hoc sonaret,
quod definitio ejus, scilicet quod quando approbat
libros Authoris, exprefse loquitur de libris S.
Augustini, quos S. Ecclesia in Synodo quin-
ta Constantopolitanâ, Collatione tertia, &
Gelasius Papa in Concilio primo Romano
approbavit) ita haberentur contenta in illis li-
bris, ac si omnia, & singula essent per Ecclesiam

determinata, jam tanta esset authoritas librorum
approbatorum, sicut authoritas Sacri Canonis
Biblia. Hæc Abulensis, qui disertè hoc pro-
bat, & subdit, quod Ecclesia afficeret con-
tradicitoria, eò quod approbaverit etiam li-
bros S. Hieronymi, qui multis in locis dire-
ctè contradicit Augustino. Vid. Em. Aguir.
tom. 3. in S. Anselmum d. 136. sezt. 2. P. Val.
in Analyse Fidei lib. 8. cap. 3. per totum, &
P. de la Fuente dif. 1. n. 136. ubi notat maxi-
mi momenti eis approbationem libri
Exercitiorum S. Ignatij, non enim appro-
batur in Generali, ut si eis approbantur
libri SS. Patrum, nec ea approbatio aliud
præstat, quam quod ille S. Pater piè, & utiliter
scriperit, non autem approbatur tam-
quam verum omne, quod scripsit: at liber
Exercitiorum est approbatus approbatione
speciali, quæ est longè maioris efficaciam, à
Paulo III. autoritate Apostolicâ, & ex cer-
tâ scientiâ post accuratum examen, & fre-
quentem fructuâ experientiam, quos Eccle-
siæ attulit, & omnia, & singula in eis con-
tentâ approbantur, & collaudantur.

C Agui.
P. Val.
P. de la
Fuente.

N.

37.

Objicis quartò: Eodem tenore procedunt Decreta Pontificia circa libros, ac circa opini-
ones: sed ea non sunt Pontificia, sed à Pa-
pa tantum, ut Capite Inquisitionis Romanae:
ergo nec ita. Respondeo duplèciter damnati-
ri posse librum, primò per Decretum Pon-
tificium ex plenitudine Apostolicæ potestati,
obligando omnes Fideles, ne eum legant;
secundò per Decretum Papæ, ut Prædictis
Congregationis: si hoc modo fiat, non obli-
gat nisi subjectos Romanae Inquisitioni; si
itlo modo fiat, obligat omnes: quod si ali-
quando, ut accidit in Hispaniâ, Pontifex
supplicetur, ut eum permittat, & confiter, cur
talis liber sit damnatus, & opiniones propter
quas est damnatus, tunc legi poterit, at jux-
ta damnatas nemo operari poterit. Addo Pa-
pam damnare posse librum, tum per sen-
tentiæ declaratoriam, damnando ut here-
ticum, blasphemum, scandalosum; tum per
sentientiam legislativam, vetando ejus le-
ctionem: à primâ sententiâ numquam fieri
potest supplicatio, & ubique terrarū cen-
dens est hereticus, aut scandalosus; à secun-
dâ potest. Vid. P. Card. tom. 4. dif. 1. à n. 220.
P. Card. Filgue.
Torrec.
P. Tanc.
Tanc. bur.
Tanc. Tab. tom. 1. in Decal. lib. 2. cap. 1. de Fide n. 56.

N.
Ex his infer, in his Decretis reverâ de-
clarari doctrinas esse scandalosas; sunt autem 38;
scandalosæ, non quia damnatae, sed sunt
damnatae, quia scandalosæ; tò autem tam-
quam, quod additur in Decretis, non signifi-
cat improprietatem, sed veritatem. Plura sci-
tu digna dabit P. de la Fuent. 7. 19. à n. 143. Fuente.

SE-

SECTIO II.

An leges Pontificia obligent etiam ubi non
sunt promulgatae.

§. I.

Utriusque sententia fundamenta.

SUMMA RIUM.

Decreta alia purè legislativa, alia pure declarativa, alia mixta, n. 39.

Leges Pape ut declarativa obligant etiam ubi non promulgatae, ibid.

Tota quæstio de legibus, ut purè legislativis, n. 40.

Legis definitio, n. 41.

Rationes, & D.D. tuentes, & negantes obligare,
ubi non sunt evulgatae, à n. 41. ad 44.

Adverte inter Decreta ex Cathedrâ, N.
alia esse purè legislativa, quatenus pre-
cipiunt, vel prohibent aliquid omnibus Fil-
delibus, alia esse purè declaratoria, quatenus purè manifestant aliquam veritatem, five circa materiam fidei, five morum; alia esse declaratoria simul, & legislativa, quatenus non tantum aliquid declarant, sed etiā prohibent, puta, declarant opinionem esse scandalosam, & prohībent, ne docceatur, qualia sunt utriusque Alexandri, & Inno-
centij Decreta, que præterea sunt communi-
natoria, quatenus minantur excommunicationem ipso factō ab inobedientibus incur-
rēdam. Jam certum est omnes Doctores, five
sententiae affirmant leges Pontificias obli-
gare, ubi non sunt promulgatae, five illud negan-
tis, convenire debere in hoc, quod leges
Pontificie, quatenus declarative, obligent etiā, ubi non sunt promulgatae; & ideo Tridentinum, etiam ubi non est promulgatum, obligat
quoad definitiones, & dogmata. Hinc nescio,
quo fundamento aliqui apud Torrec. diff. 3.
an. 2. dixerint, quod Decretum Alexandri
VII. ne quidem ut declarativum, obliget in
Hispania, multo minus ut prohibitum,
quod certè male auditur. Quare tota quæ-
stio inter utriusque sententiae DD. reduci-
tur ad leges Pontificias ut legislativas, an
dummodo certo moraliter conitet tale De-
cretum, ut legislativum, fusile Romæ pro-
mulgatum, obliget ex gr. Hispanos, ubi
non est promulgatum; an vero ut obliget
Hispanos, debeat esse in Hispania promul-
gatum; immo Matri, ut obliget Matritenses?

Affirmant, necessariam in singulis Diœ-
cesibus promulgationem, ut Decretum,
quatenus legislativum, singulos obliget,
Caiet. Caiet. 1. 2. quæst. 90. art. 4. M. Sotus lib. 1. de
Sotus. Justitiâ quæst. 1. art. 4. P. Molina tom. 2. de
P. Mol. Justitiâ tr. 2. d. 395. & alij primæ notæ Au-
Diana. thores apud Dianam p. 1. tr. 10. de Legibus

refol. 8. quibus addo P. Gibal. lib. 7. de Sci-
entia Canonica cap. 2. qu. 1. n. 7. & plurimos
Scotistas, inter quos Wigers q. 94. & Mastr. Malts.
d. 2. Thol. Mor. n. 104. quibus subscriptiunt
illi, qui post Decretum Alexandri VII. in

Hispania non promulgatum, docuerunt
opiniones ab eo damnatas: hanc opinionem P. Leff.
probabilem reputant etiam Adversarij; ita P. Vafq.
P. Leffius, P. Vafq. P. Granado, Lumb. P. Gran.
Torrec. diff. 3. n. 53.

Primum fundamentum fumunt à priori N.
ex legis definitione traditâ à S. Th. 1. 2. quæst.

90. art. 4. Est ordinatio rationis ad bonum 41.
commune, ab eo, qui curam habet commun-
nitatis, promulgata: sed sic est, quod per

Iolam promulgationem legis Pótficiæ Ro-
ma factam, lex non potest dici promulgata;
debet enim ita esse promulgata, ut reus a Ju-
dice puniendus nullam ejusdem legis igno-
rantiam obtendere possit, immo ita promul-
gata, ut iudex possit de certâ legis notitia reū
convincere; ad hoc autem est insufficiens fo-
la promulgatio Romana: ergo ut leges Pon-
ticiae ubique obligent, debent esse ubique
promulgatae. Confirmant ex Jure Canonico
cap. Cum infirmitas, de Panit. & Remij. quod
decernit legem à Concilio Generali contra
Medicos latam non obligare eosdem, nisi à
locorum Ordinarijs fuerit promulgata: er-
go idem de alijs legibus Pontificijs.

Secundum est à paritate Juris Civilis, cu- N.
jus leges certum est nō obligare, nisi in plu- 42.
ribus civitatibus promulgetur proportiona-
liter ad Imperij amplitudinem, cui Legisla-
tor p̄se est: ergo cū nullum amplius Im-
perium detur eo, quo Pontifex gaudet, insuf-
ficiens omnino erit sola promulgatio Ro-
me, ut lex Pontificia omnes Fideles, etiam
in extremis Indorum oris degentes, obliget.

Negant necessariam singulis in Diœcesi- N.
bus legum Pontificiarum promulgationem, 43.
immò fatis esse, si Rome tantum sint evul-
gatae, ut omnes Fideles alibi degentes, ab il-
lis obligentur. Ita P. Suar. lib. 4. de Legi- P. Suar.
bus cap. 15. per totum Diana l.c. & apud eum Diana,
alij, quibus addo P. Palao tom. 1. tr. 3. d. 1. p. P. Pal.
12. n. 2. qui universaliter de quacumque le-
ge Canonica hoc tuctur, Torrec. l. c. M. de
Mart. de Prado in Theolog. Mor. cap. 3. de Prado,
Legibus quæst. 5. §. 4. M. Tapia tom. 1. lib. 4. M. Tap.
quæst. 4. art. 3. n. 5. Herinx tom. 2. d. 3. de Le-
gibus n. 109. Filg. in Centurâ pag. 21. qui cum Filg.
P. Card. tom. 1. d. 9. cap. 20. art. 11. & tom. 4. P. Card.
diff. 1. n. 199. judicat sententiam oppositam
modo esse antiquatam, Diez de Prado 1. p. §. Diez de
7. n. 5. P. Moy. tom. 1. tr. 3. d. 8. quæst. 6. n. 21. qui Prado,
specialiter tuctur hoc de Decretis fidei, & p. Moy.
morum, & alij TT.

Absti-

N. Abstingo ab illis rationibus, quæ unicè probant, fatis esse certam aliquo in loco promulgationem ad hoc ut Decreta Pontificia, quatenus declarativa, ubique obligent, dummodo certò moralis notitia de talis Decreti promulgatione habeatur. Dixi enim nullam in hoc esse controversiam, cum etiam DD. prima sententia hoc supponant, & non possint non supponere. Ego enim attente legi Caietanum, Sotum, Molinam, qui omnes, esto necessariam velim promulgationem hinc ut hic obligent, attamen non loquuntur de legibus datis pro totâ Ecclesiâ, & circa materiam fidei, & morum; immo etsi de his loquerentur, posset per promulgationem intelligi certitudo moralis de publicatione factâ Româ. Quare illas tantum pro secundâ sententiâ traham rationes, quæ probant Decreta Pontificia non egere publicari ubique, ut ubique obligent. Principia autem est, quia ex una parte de essentiâ legis nô est promulgatio *ubique*, sed tantum est promulgatio, ut constat ex definitione D. Th. ex alia parte, exullo jure positivo infertur necessitas promulgationis ubique; neque enim Papa subiectus est Juri Civili, immo supra illud est, & illud in pluribus corredit, ut videri potest in P. Azor tom. 1. lib. 5. & P. Gibal. tom. 1. lib. 4. ergo non est de necessitate legis ad hoc, ut ubique obligent, ut ubique promulgetur: addo experientiâ constare. Fideles ubique obligatos per solam promulgationem factam Rome; nam, ut benè P. Suar. & P. Palao n. 2. plura Juris Canonici Decreta, Decretarium, Sexti, Clementinarum, Extravagantium, Tridentini, obligant ubique, esto ubique non sicut promulgata: similiter Bulla Cœna solum Romæ publicatur, & ubique obligat: ergo non est de necessitate legis Pontificie, quatenus *præceptive*, aut *prohibitive*, ad hoc, ut ubique obligent, ut ubique promulgetur. Argumenta opposita solvit diligenter Palao à n. 5.

§. II.

Monita pro meâ sententiâ.

S U M M A R I U M .

Lex quid? dicitur à ligando, n. 46.

Quomodo differat a precepto, ibid.

Non est de essentiâ legis, ut minetur culpam, & panam, ibid.

Promulgatio quid? Est de essentiâ legis, n. 47.

Lex supponit dominium jurisdictionis, n. 48.

Aliter discurrendum de Decretis Pontificiis pùrè prohibitivis, ac de prohibitivis, quia de Tom. I.

clarativis, n. 49.

Aliud est, obligor tibi hic, aliud, obligor à te hic, n. 50.

Utilitas hujus doctrinae, n. 51. 52.

Lex obligat independenter ab acceptatione, n. 53.

Moneo primò lectorum, ne superficia li oculo transeurrat, quæ in *hec §. di-* N. *caturus sum*; cùm enim ratio cogat me ad novum discurrendi modum, potest me, vel de novitate in re tam gravi acculare, cùm tam mihi nihil antiquius sit, quâm, ut five nova, five antiqua placere non possint, nisi quia vera; & inter utraque æqualiter constitutus, veneror antiqua, & timeo nova; vel de falsitate cauflare, cùm tamen cum in finem unicè atatem, & animam inter libros triverim, ut ex aeterno Veritatis fonte meū in intellectum aliquis sanæ doctrinæ rivus descendenter.

Monio secundò ex D. Th. 1.2. qu. 90. art. N. 1. & P. Suar. lib. 1. de Leg. cap. 1. n. 9. P. Salas 46. d. 1. de Leg. sect. 1. qu. 1. legem dici potius à li. D. Th. gando, quam à legendō; nec est nisi regula P. Suar. actuum humanorum, quâ quis obligatur P. Salas, aliquid facere, aut omittere. Differt à præcepto, quod lex fertur communitatî, præceptum autem fieri potest singulari personæ; unde *Lege prima ff. de Leg.* dicitur: Lex est commune præceptum; & ideo P. Suar. 1. c. cap. 12. definit legem dicens, Est præceptum commune, justum, ac stabile, sufficere promulgatum: differt etiam, quia lex est perpetua, non enim cessat mortuo legislatore; econtra præceptum, mandatum, statutum cessat amotione præcipientis, vel morte ejusdem, ut habetur in *Lege mandatum*; mandatum finitur morte mandantis, ut benè M. Tapia tom. M. Tap. 1. lib. 4. qu. 5. art. 2. Ex quâ D. Th. definitione in Tr. de Incarn. intulimus contra M. Vi- Victor. Etor. Lorcam, P. Esparraga qu. 32. Card. Palla- Lorca. vicinum n. 134. P. Haunoldum, non esse de essentiâ legis stricte, estē cōminatoriam cul- P. Hau. pæ, & poenam propter culpam, sed satis esse, ut aliquis obligetur ad aliquid agendum, aut omittendum, non autem necesse estē potentiam ad legis transgressionem, seu ut subditus sit capax peccati. Hinc cum modestissimo, & doctissimo viro M. Godoy (cujus volumina Godoy mihi instar bibliothecæ sunt) d. 49. à n. 48. in 3. p. dixi in lege duplice dittinguendam esse vim, aliam directivam, quâ subditus ligatur ad rem præceptam, aliam coactivam, quâ ad poenam; illa est de essentiâ legis, non haec; immo ibidem notavi ex eodem, quod licet legislator non subjiciatur legi quoad vim co-

E Etivam

D I S P V T . II.

50

Etivam, attamen suisinet legibus obligatur,
quoad vim directivam.

N.

47.

Moneo tertio, promulgationem non esse,
nisi exteriorē cérémoniam, ita subditis mani-
festam, ut faltem aliqui eorum evidenter
sciant legem latam fuisse, & tali cérémonia
legali manifestatam. Eam definit M. Tapia

tom. 1.lib.4.qu.4.art.1. Solemnis publicatio,
atque intimatio a legislatore ad subditos,
quibus lex imponitur; & adeo necessaria est
ad valorem legis humanae, ut ea promulga-
tione seclusa, lex nullam vim habeat obli-

S. Tho. gandi. Ita D. Thom. i. 2. qu. 90. art. 4. dicens:
Promulgatio ipsa necessaria est ad hoc, quod lex

habeat suam virtutem, intellige obligandi; &
P. Vasq. communiter DD. cum P. Vasaq. i. 2. d. 155.
P. Suar. cap. 2. n. 16. P. Suar. lib. 1. de Leg. cap. 11. n. 6.

habetur in cap. In ipsis dist. 4. §. Leges, ubi
dicitur, *leges instituuntur, cum promulgantur.*

N. 48. Moneo quartò, omnem legem supponere
in legislatore dominium jurisdictionis, nam
implicat effectus sine causa: sed actus pre-
cipui dominij jurisdictionis sunt ex P. Lef-
ficio de Jult. cap. 2. n. 3. precipere, prohibe-
re, permettere, punire, præmiare: ergo hi
actus presupponunt dominium jurisdictionis:

ergo cum lex sit, vel preceptiva, vel prohibi-
tiva, vel penal, vel mixta, supponit in
legem ferente, dominium jurisdictionis, si-
ne quo nulla exit.

N. 49. Monco quinto, leges Pontificias, alias
esse purè declarativas, alias purè legislati-
vas, seu prohibitives, aut preceptivas, alias
declarativas simul, & legislativas, ut sæpe
dixi. Porro Decreta Pontificia purè legisla-
tiva, sive sint preceptiva, sive prohibitiva,
possunt prohibere aliquid, vel quia est in fe-
malum, vel malum, quia vetitum, juxta
distinctionem objectorum, quorum alia
sunt vetita, quia mala; alia sunt mala, quia
vetita. Hoc mihi certum est, quod de De-
cretis Pontificijs prohibitives, quia declarati-
viores, altera difficulter est, ac de Decretis
Pontificijs purè prohibitives. Si quis
enim de purè prohibitives dicat, quod Fide-
les illis non obligentur, ubi non sunt pro-
mulgata, parum intereat, cum certum sit,
hoc dici non posse de Decretis prohibitives
simul, & quia declaratives. Disparitas est
evidens: quia Decreta Pontificia declarati-
va, & prohibitiva, eo ipso quod declarant
talem opinionem esse scandalosam, aut ob-
jectum esse illicitum, & talis declaratio mi-
hi confit, ideo statim illis Decretis obligor,
etiam ubi non sunt promulgata, quia est
principium morale evidens, quod nulla op-
nio certò scandalosa possit esse regula mo-
rum; & nullum certò illicitum est ample-

ctendum, sed etiam non data promulga-
tione talis legi Pontificia declaratoria, at-
que adeo prohibitoriae, talis objecti, quia
mali in se, & non mali, quia vetiti, mihi cer-
to constare potest, cum opinionem esse scan-
dalosam, & ejus objectum illicitum: ergo
teneor opinionem illam, & ejus objectum
non amplecti: ergo non est necessaria pro-
mulgatio hic, ut hic obliget stare Decreto
Pontificia declaratoria, atque adeo prohibi-
torio objecti ex se mali; quidquid fit de alijs
legibus Pontificijs pure prohibitorijs, &
quidem objecti ex se indifferentis, & non
declaratorijs.

Hæ doctrina lucem mihi dat, ut aliquid N.
innuum, quod forte non displicebit, & quod 50.
tam sententia universaliter negans legibus
Pontificijs non obligari, ubi non promulga-
tur, quam afferens nos ijs obligari, etiam
ubi non promulgantur, simul componantur:
sunt enim meo iudicio duo validè diver-
sa, obligor tibi hic; obligor à te hic; quare dic-
ere possumus, quod legi Pontificiæ declara-
toriae, & prohibitoriae non promulgatae
hic, obligor hic; sed non obligor ab illa hic,
donec hic promulgetur; ita ut promulgatio
hic necessaria sit, non ut obliger hic illi, seu
vitare, quod prohibet, sed ut obliger ab il-
la hic; non autem sit necessaria, ut obliger
hic illi; nam obligor hic, stare illi hic, non
ab illa, sed à principio naturali dictante,
non esse sequendum, quod mihi certo con-
stat esse malum; sed mihi constat hic, quod
malum sit edere ad fatidatem, hoc enim
Papa non potens errare prohibuit Romæ,
quia malum in te: ergo non possum hic
(quocumque in loco ego sim) edere ad fati-
datem. In quo casu patet, me obedire Papæ
declaranti hoc esse malum, attamen obedio
Papæ, non quia hic (ubi gratis suppono, licet
falso) Decretum non esse publicatum, non,
inquam, quia hic ubi sum, obligor à Papæ,
sed quia obligor à principio reflexo naturali
evidenti, quod non possum operari, quod
certò scio esse illicitum.

Explico hoc paritate justitiae stricte, & N.
aliarum virtutum, quæ sunt ad alterum: poi-
sum esse obligatus tibi, & à te, quia tu ha-
bes jus contra me; vel esse obligatus tibi, &
ab alio, non à te; in utroque casu obligor tibi,
sed in primo tibi, & à te; in secundo tibi, sed
non à te, sed ab alio, ut bene de hoc puncto
Maftrius in 3. sent. d. 7. qu. 8. & P. Elspa. qu. 3. Maftr.,
& 12. de Justitia. Immodic quoties universaliter
ex motivo unius virtutis tenemur ad
actum alterius virtutis, tunc obligor ad ta-
lem actum virtutis imperatæ, sed non à pre-
cepto imperatæ, sed imperantis; ex. gr. fac-

ut

ut ego possim salvare alium humiliando me illi; ecce tencor à charitate ad actum humiliatis, adeoque obligor tibi, sed non à te; immo neque obligor à precepto humiliatis, sed à precepto charitatis humiliare me ipsum tibi; similiter fac Regem præcipere Magnati, ut obediatur rustico; ecce Magnas tenetur obdire rustico, sed non obligatur à rustico, sed à Rege: ergo idem potest in casu nostro; ite Decretum Papæ ut declarativum, & ut prohibitiuum objecti, quia mali, promulgetur hic, sive non, adhuc tencor me conformare illi, non quia ab illo obligari, sed quia illi obligor à precepto fidei obligante me credere ut illicitum, quod scio declaratum à Papâ ut tale; & à dictamine conscientiae dicente, non cito sequendum, quod scio esse infallibiliter illicitum; nec pro regulâ morum aliqui posse opinionem certò scandalofam. Hæc innuisti satis sit, ut eò magis conitetur, quod etiam sciparis sententiam negantem leges Pontificias obligare, ubi non sunt promulgatae, dico, quod adhuc ubi promulgatae non sunt, teneris parere; sive deinde pareas illis, quia illis, & ab illis obligaris; sive quia illis, sed à principio naturali parere obligaris; quod parum intereat in ordine ad finem Legislatorum; dummodo enim legibus paretur, hoc est quod illi volunt, sive deinde ex illo, aut isto fine, cum finis legis non cadat sub legem.

N. Ex hac distinctione duplex habebitur utilitas. Prima, quod in principio puncto componuntur Authores: dici enim potest, quod negantes Decreta Pontificia obligare, ubi non sunt promulgata, negant tantum, quod illi obligant, non autem negant, quod Fideles illis obligentur; hoc enim negare non possunt, nisi negent principium omnino certum, quod nulla certa falsitas possit esse regula morum: ergo quoad punctum practicum convenienter cum affirmantibus, etiam ubi Decreta non sunt promulgatae, secunda utilitas est, quod quacumque sententiam sciparis, teneris obdire Decreto; nec poteris dicere te non teneri, quia hic non est promulgatum; adhuc enim teneris, non quidem à Decreto, sed à principio conscientiae universalis dicente, nullum cognitum ut falsum, & ut malum, esse regulam morum; adeo ut promulgatio non sit necessaria, ut pareas Decreto, & fugias, quod Papa prohibet ut malum; satis enim est notitia certa Decreti Pontificij, ut Decreto obedias, sed ad summum ut à Decreto obligeris; Papa autem, sicut cuilibet legislatori, parum intereat ex quocumque fine obdire tenebris, dummodo obedias.

Tom. I.

Ex hac ipsa doctrinâ preoccupatum manet aliorum effugium dicentium, acceptationem esse necessariam, ut lex obliget: ergo etiam, ut Decreta obligent. Dico enim hoc esse falsum de Decretis declaratoris, & ad summum esse verum, si tamen verum est, (nam legem obligare independenter ab acceptance, communis, & vera sententia est, ait P. Suar. lib. 3. de Leg. cap. 19. & lib. 4.

P. Suar.
cap. 16. M. Mart. de Prado in Thcol. Mor. cap. 3. de Leg. qu. 6. n. 5.) ut à lege, & à Decreto obligeris. Ratio est: quia veritas, quae deciditur, ut acutè P. Lessius de Justitia cap. 20. n. 192. non pendet ab acceptance, aut censurâ iudiciorum, esto obligatio legis pendeat ab acceptance, non enim liberum est homini rejicare veritatem cognitam ut certam: sed per Decretum Papæ declaratorium, cuius notitiam iuppono, mihi certò constat veritas de in honestate objecti, cuius licentiam approbat opinio damnata: ergo non est mihi liberum illam rejicare; ergo à principio naturali obligor acceptare talem veritatem, & Decretum: similiter à dictamine conscientiae obligor acceptare certam doctrinam morum, & respire certò falsam: ergo cum doctrina à Pontifice damnata sit certò scandalosa, adeoque sit certò falsum, quod non sit scandalosa; & opposita sit certo non scandalosa, & certo verum sit, quod sit honesta, obligor eam acceptare. Plura de acceptance dabit M. Tapia tom. I. lib. 4. qu.

M. Tap.
3. art. 9. 1. & alij passim. Hæc est mea mens, quam per sequentes conclusiones expono.

§. III.

Conclusiones exponentes meam sententiam.

S U M M A R I U M.

Omnis Fideles, qui habent certitudinem moralis Decretorum Pontificiorum, ut declarativa sunt, obligantur illis stare etiam, ubi non sunt evulgata, n. 54. 55. 56.

Decreta Pontificia, etiam ut legislativa, obligant, ubi non promulgata, à n. 57. ad 60.

Potestas declarativa non supponit jus jurisdictio-

nis, n. 60.

Parendum legibus legitimè promulgatis, n. 63.

Non est necessaria promulgatio in omni loco, n.

65. ad 68.

Pleraque ex damnatis ab Innoc. continent materiam juris naturalis salique juris humani, ib.

Damnata circa jus humanum sunt vetite, quia scandalosa, n. 67.

Decreta Tridentini circa fidem, & mores obligant etiam ubi non promulgata, ibid.

Cur leges civiles obligent tantum, ubi promul-

gantur; non autem Decreta Papæ? n. 70.

Eij Pono

D I S P V T . II.

52

Pono eas sub unum intuitum , seorsim tamen probandas.

N. 54. Prima est : Decreta Pontificia , ut præcise declarativa sunt, neque obligant ubi sunt, neque ubi non sunt promulgata.

N. 55. Secunda : Fideles tamen , qui eorum Decretorum , ut declarativorum notitiam certò moralem habent , obligantur stare illis ut declarativis , tam ubi sunt , quam ubi non sunt promulgata.

N. 56. Tertia: Decreta Pontificia , quatenus legislativa , obligant , ubi sunt promulgata , iure sint circa materiam ex se indifferentem , sive ex se malam , & ideo à Decretis vetitam.

N. 57. Quarta : Probabilis est quod Decreta Pontificia quatenus legislativa circa rem ex se malam , seu prohibentia objectum ex se declaratum malum , obligare etiam ubi non sunt promulgata.

N. 58. Quinta : Etsi hoc verum non esset , adhuc tamen Fideles obligantur stare tali Decreto Pontificio prohibutivo objecti ex se mali , & repudiare id , quod tale Decretum prohibet.

N. 59. Sexta : Probabilius etiam est , quod Decreta Pontificia purè legislativa , seu prohibitiva rei ex se indifferentis , & malæ , quia vetitæ , obligent etiam , ubi non sunt promulgata.

N. 60. Hæc est summa totius doctrinæ. Prima , & secunda conclusio loquuntur de Decretis præcise ut declarativis ; & utraque est evidens , ut ostendam. Reliquæ loquuntur de Decretis legislativis , cum hoc discrimine , quod tertia , quæ etiam est evidens , loquitur universaliter de omnibus , & circa quamcumque materiam. Quarta , & quinta loquitur de Decretis legislativis supponentibus declarationem damnativam , adeoque circa materiam ex se malam. Ultima demum loquitur de Decretis purè legislativis circa materiam indifferentem , qualia sunt quæ prohibent , ex. gr. eum carnium tali die , vel præcipiunt Misam tali die ; hæc enim Decreta sunt purè legislativa , & nullo modo declarativa.

N. 61. Jam prima conclusio , quamvis videatur primæ fronte contra omnes , nisi tamen crassissimè hallucinor , omnium esse debet , & ita probatur. Decreta Pontificia præcise ut declarativa , non sunt legislativa , sed sunt pura infallibilis vox manifestans aliquam veritatem ; sed si non sunt legislativa , immo si sunt pura manifestatio alicujus veritatis , nullam possunt inducere obligationem ratione personæ , à quâ procedunt : ergo Decreta Pontificia præcise ut declarativa nullam possunt inducere obligationem , sed præ-

scindunt , seu nec affirmant , nec negant obligationem , si enim præscindunt ab obligatione , nec obligant , nec non obligant : ergo nec obligant ubi sunt , nec ubi non sunt promulgata. Minor probatur primo : quia potestas declarativa alicujus veritatis non supponit iurisdictionis , à quo folium provenit legis obligatio , & ejus actus , nempe prohibere , præcipere , &c. Secundo : Si pura manifestatio veritatis induceret obligationem , sequeretur , quod omnis docens alterum aliquam veritatem obligaret illum , atque adeo in circulis , ubi plurimæ feruntur veritates , orirentur in audiencibus obligationes , & quotquot privatos inter parientes Doctorum scripta revolvunt , quæ manifestant ignotas veritates , ijdem obligarentur , vel à Doctribus defunctis , vel ab eorum scriptis declarantibus eas veritates , quod nemo dicet : ergo etiam Decreta Pontificia præcise ut declarativa nullo modo obligare possunt : sed quod non potest obligare , neque obligat ubi est , neque ubi non est , ut est evidens : ergo Decreta Pontificia præcise ut declarativa , nec obligant ubi sunt , neque ubi non sunt promulgata.

Secunda conclusio probatur , notato dif. N. crimen inter has duas propositiones : *Fideles 62. obligantur à Decretis ut declarativis ; Fideles obligantur Decretis declarativis , sed non ab illo ;* sed aliunde , ut mox explicabo. Prima est falsa ; nam in primâ conclusione probavi , Fideles non obligari à Decretis ut declarativis : secunda est vera , & eam ita probo. Fidelibus ubiquie terrarum degentibus , habentibus notitiam certò moralem de Decretis Pontificijs ut declarativis , inest obligatio standi illis ; primo ex præcepto fidei , quilibet enim tenetur credere , quod Papa declarat malum , aut bonum , esto Papa præcise declararet , & nullam ferret de eo legem. Secundò ex lege naturali dictante , repudianum , quod scio certò illicitum , & scandalosum , &c amplectendum , casu quo teneat , aut velim operari , quod scio licitum : sed quod Pontifex declarat licitum , aut illicitum , scio certò esse tale : ergo tum ex præcepto fidei , tum ex lege naturali tenor credere tale esse , quod Papa declarat tale ; & teneor repudiare objectum , & opinionem damnatam , seu declaratam ut scandalosam , ita ut ad credendum me obliget fides , ad repudiandum lex naturalis ; si mihi constet per Decretum Papæ , opinionem , & objectum declarata esse mala : sed hoc est stare , & obedire Decretis declarativis : ergo Fideles habentes notitiam certam Decreti Pontificij ut declarativi , obligantur tum à præcepto

cepto fidei, tum à dictamine naturali stare Decretis, ut declarativis, & repudiare opinionem declaratam ut scandalofam. Contrario Possum sine promulgatione hic, habere hic notitiam certo moralē de Decreto Pontificio declarante talem opinionem ut scandalofam: ergo cùm ex principio naturali reflexo obligetur quilibet non sequi certa scandalofam, sequitur, quemlibet Fidelem hoc scientem obligari, non sequi eam opinionem declaratam ut scandalofam, esto per impossibile non prohiberetur à Papa: ergo Decretis ut declarativis Fideles ubique obligantur.

N.
63. Tertia conclusio est omnino evidens, & omnium, & facile probatur. Superioris legibus, aut præceptis legitimè promulgatis itandum est, de quacumque materiā ea sint, dummodo sint in bonum commune: ergo Decretis Pontificis ut legislativis hic promulgatis, hic standum est.

N.
64. Quarta conclusio probatur; & quidem vellem eam esse evidenter, mihi tamen evidens non est, & §. sequenti solvam argumentum, quo P. Cardenas probat eam nunc profus improbatim sententiam docentem, Decreta Pontificia, ut legislativa, non obligare, nisi ubi sunt promulgata. Probatur autem primo iisdem rationibus, quibus probabatur fecta; iunt autem illæ, quas adduxi §. I. pro sententia docente Decreta obligare etiam, ubi non sunt promulgata; nam à fortiori militant pro hac conclusione; si enim Decreta Pontificia purè ut legislativa, & circa objectum ex se non malum obligant, ubi non sunt promulgata, multò magis obligabunt Decreta legislativa supponentia declarationem, & prohibentia objectum, quia malum in se.

N.
65. Secundò probatur: quia ut Decreta Pontificia, quatenus legislativa, obligant, satis est, ut habeam notitiam moraliter certam illorum; nam promulgatio in omni loco gratis omnino ponitur necessaria, cùm neque essentia legis, neque Jus Pontificis hoc exigant, ut exigit Jus Civile, ad hoc ut ejus leges obligent. Addit P. Cardenas tom. 4. dis. 1. an. 208. quod, quoties Decretum respicit materiam juris naturalis, aut Divini positivi, totes, si certa ejus notitia habeatur, ubique obligat, etiam, ubi non est promulgatum; & ideo post primam Legis Euangelice promulgationem ab Apostolis factam, satis est certa ejus notitia, nec necessaria est nova promulgatio: sed fere omnia in Decreto Innocentij contenta sunt juris naturalis, aut Divini positivi, ut patet ex Catalogo damnatarum, nam solum quinque

Tom. I.

damnantur circa jus humanum; de quo legendus etiam est P. de la Fuente dis. 1.m. 55. p. de la & 56. immo eo ipso quod omnes damnatae Fuente. fint intrinsecè scandalofa, eo ipso opponuntur per se legi naturali charitatis veterantis, ne quis proximo occasionem ruine prebeat: ergo ad hoc Decretum, ut prohibitum, non est necessaria nova promulgatio, saltem quoad ea, qua respiciunt jus naturale, aut Divinum positivum; immo ait, neque requiri circa propositiones, quae sunt juris humani, quia, inquit, cum promulgatio eo fine requiratur, ut Fideles obligentur, h. c autem obligatio oriatur ex notitia Fidelibus moraliter certa, consequenter inutilis est nova promulgatio. Verum haec ratio me non convincit; primo, quia maior ita distinguui potest: Decretum respiciens materiam juris naturalis, vel Divini positivi ubique obligat, id est, Fideles ubique obligantur ad illud ex vi ejusdem Decreti, nego maiorem; ex alijs principijs, nempe ex lege Dei, vel lege naturali, declarante Decreto eam materiam, concedo maiorem: secundo, quia non satisficit replicæ; quod saltem quoad propositiones resipientes materiam juris humani requireretur promulgatio hic, ut hic obliget: quare ratio hujus conclusio-
nem unica, & solida est, quod gratis, & sine ullo fundamento, & contra experientiam asseritur requiri aliam promulgationem, præterquam Romæ factam, ut Decreta Pontificia ubique obligent, dummodo certò conset ea rufissè Romæ promulgata.

Quinta conclusio probatur iisdem argu-
mentis, quibus secunda; quia lex naturalis di-
ctat non esse assumentam pro morum regula opinionem ex se scandalofam, & repudiandum objectum prohibitum, quia ma-
lam: sed etiam, ubi talia Decreta Pontificia ut prohibitiva non sunt promulgata, potest Fidelibus constare promulgatio Decreti Pontificij prohibiti opinionis, quia ex se scandalofa, & objecti, quia ex se mali: ergo ubi illud promulgatum non est, adhuc Fideles obligantur vitare dictam opinionem, & objectum: sed vitare talem opinionem, & objectum, & parere Decreto prohibenti illud, est practicè, & in ordine ad finem à Papâ intentum omnino idem, nam Papa præcise intendit, ut talis opinio, & ejus objectum vitetur, non autem intendit, ut ex motivo formalí obediendi illi Decreto vitetur, cùm finis legislatorum non cadat sub legem: ergo.

Dices, hanc rationem non probare Fideles teneri stare Decreto ut prohibitivo attin-
gente materiam juris humani, ubi non est
E iij promul-

promulgatum. Resp. primò negando antecedens; quia omnes propositiones etiam verantes circa materiam juris humani sunt veritæ, quia scandalosæ: ergo datur lex naturalis obligans eas non sequi, etiam ubi Decretum non est promulgatum. Secundò, licet hoc nostra ratio non convinceret, quod tamen est falsum, attamen hoc convincit ratio sextæ conclusionis.

N. 68. Sexta conclusio probatur: quia ex unâ parte non est de essentiâ legis, nisi promulgatio, non autem promulgatio ubique, ut ubique obliget: sed data promulgatione Romæ, datur promulgatio: ergo datur quidquid requiritur, ut obliget non existentes Romæ, sed alibi: ex alia parte conitat, Decreta Tridentini non tantum quatenus declaratoria, sed etiam quatenus legislativa, tam circa materiam fidei, quam morum, non fuisse ubique promulgata, & tamen certum est ubique obligare etiam in Regnis, ubi non fuit receptum: (idem dico de alijs legibus Ecclesiae circa res ex se indifferentes, ut no-

P. Palao. tat P. Palao:) ergo Decreta Pontificia ut legislativa ubique obligant, etiam ubi non sunt promulgata, etiâ circa materiam indiferentem.

P. Moy. Torrec. Confirmo primò ex P. Moya n. 21. & ex eo Torrec. Omnes censuræ ab eâdem potestate descendunt: ergo sicut, si Papa declarasset eas propositiones hæreticas, teneretur quilibet hoc sciens credere, esto in loco, quo vivit, non fuisse facta promulgatio; ita etiam, dum declarat scandalosas, esto in loco, quo vivit, promulgatio facta non sit.

P. Suar. Alias rationes vide apud P. Suar. n. 7. & P. P. Salas. Salas l.c.

N. 69. Confirmo secundò ex P. de la Fuente dis. 1. n. 133. postquam enim sibi objecit, quod, ut Papa obligaret interius ad assentientium censuram, vel saltem ei non dissentientium, suoque judicio; in his tamen Decretis Pontifices non præcipere, ut eorum iudicio, & censuræ acquiecamus, sed tantum, ne doceamus, aut practicemus damnatas, atque adeo liberum nobis videri discrepare à iudicio Pontificum, putando non esse scandalosas, esto nobis liberum non sit eas docere: postquam, inquam, hæc sibi objecit: Respondet, quod ad inducendam præcisam obligationem acquiescendi iudicio Pontificis, non est necessarium illum præceptum positivum ipsius, immò nec est sufficiens; quia positiva præcepta Pontificis virtute suâ ad actus merè internos non possunt obligare, quales sunt assentiri, aut dissentiri: quare obligatio, quæ hic datur, supposita censurâ Papæ, non est juris humani, sed

Divini obligantis, ut intellectus assentium suum captivet in obsequium Supremæ Authoritatis, quæ obligatio resultat statim ac Pontifex aliquam doctrinam damnat. Plura apud eundem.

Dices: Leges Civiles non obligant, nisi N. ubi promulgata: ergo neque Decreta Pon- 70. tificia. Nego consequentiam: quia illud determinavit Jus Civilis, quod quia totum est in politica exteriori, judicavit hoc convenientius: oppositum determinat Ecclesia, & probat experientia; nam Ecclesia regimen, cum sit pro foro interiori, hoc potius, quam ceremonias externas attendit. Adic pro mulgationem ubique esse tantum conditionem à Jure Civili exigit, non autem de essentia illius.

§. IV.

An maneat antiquata sententia docens leges Pontificias non obligare, nisi ubi sunt promulgatae?

S U M M A R I U M.

Quid opinio antiquata? n. 71.

DD. affirmantes, ibid.

Non placet ratio P. Cardenæ, n. 72.

Decretum Urbani circa stipendium Misericordie, ibid.

Non est antiquata, n. 73. 74.

Papa declarat, & legem fert in his Decretis,

ideo illis standum, tum ex lege naturali, tum ex Fidei precepto, n. 75.

Pater Carden. (quem sequitur Filg. in N. Censurâ pag. 26.) tom. 1. d. 9. cap. 2. o. art. 71.

11. citat viginti duos AA. (quibus addo P. P. Card. Gibal. & Mastrum,) & tom. 4. dis. 1. a. n. 199.

utroque loco movet hoc dubium, & resolvit, quod hæc opinio modò est antiquata, seu im-

probabilis, cum antea fuerit probabilis. Hoc

autem ita probat: Ea propriez dicitur anti-

quata, quæ cum antea videretur probabilis,

modò tamen habet contra se principium cer-

tum: sed hæc opinio, *Leges Pontificia non obli-*

gant, nisi ubi promulgatae, quæ antea erat proba-

bilis, modo habet contra se principium cer-

tum, nempe Decretum Alexandri VII. Alex.

damnantis hanc propositionem, *Potest Sacer-*

dos licet, tum duplex stipendium pro una Misericor-

sia accipere, tum per alium Sacerdotem satisfa-

cere, collatâ illi parte stipendij, alia parte sibi

retentâ; & hoc utrumque etiam post Decretum

Urbani VIII. qui utramque propositionem Urban.

damnaverat: ergo ea opinio est antiquata.

Minor probatur: quia DD. tuentes etiâ post

Decretum Urbani duas damnatas citatas, eo

principio ducebantur, quia leges Pontificie

non obligant, ubi non sunt promulgatae,

cum

S E C T . II.

55

cum autem in Hispania dictum Decretum Urbani non fuerit promulgatum, inferabant, adhuc post Decretum Urbani, licere, quod Urbanus damnaverat ut illicitum: sed Alexander propter hoc ipsum damnat utraque propositionem addendo, *etiam post Decretum Urbani octavi*: ergo Alexander VII. supponit ut certum, esse ubique damnatam post Decretum Urbani, etiam ubi non est promulgatum.

N.
72. Verum meo judicio hoc argumentum non convincit; primo, quia qui audacter negant Urbani Decretum valere, ubi non est promulgatum, eadem pertinacia negabunt valere Decretum Alexandri, ubi non est promulgatum, & dicent Alexandrum damnare dictam opinionem respectu eorum tantum Fidelium, apud quos Decretum Urbani fuit promulgatum: si enim deficit promulgatio necessaria ad hoc, ut Decretum Urbani obliget, quomodo cumque fiant aliae reflexae leges, si prima ex defectu conditionis non tenet, nec tenebit secunda supponens obligare primam, si respectu secundae deficit eadem conditio. Secundo, quia quomodo probat P. Cardenas Alexandrum damnasse dictam opinionem, quia haec supponebat leges Pontificias non obligare, nisi ubi sunt promulgatae, & non potius, quia Authores illius dicebant tale *Urbani Decretum*? (de quo, & quid nunc licet pro stipendio, lege P. Municissim d. 33. de Incarn. & Tamb. Euchar. à n. 104. P. Tamburinum de Sa-
P. de la critico Missa lib. 3. cap. 1. §. 5. nec non Fil-
guei, in Censura pag. 123. P. de la Fuente
Hoyos, dis. 24. à n. 43. Hozes à pag. 487. ad 506.) De-
cretum, inquam, damnas dictas opiniones de duplice pro una Missa stipendio, & de licen-
tiā retinendi fibi partem stipendij, datā alteri Sacerdoti celebranti alterā parte stipendij, dicebant, inquam, *tale Decretum non fuisset Pontificium*, sed Congregationis, licet ejus obseruantia fuerit a Papa præcepta; atque adeo, cito sit gravissimæ autoritatis, non tamen excedere vim opinonis probabilis, & ideo licere cuique cum facultate sequi con-
trarium, ut inter alios aliqui, quorum loca,
& verba citat P. Moya tom. 1. tr. 3. d. 8 qu.
6. n. 2. exp̄s̄ docent M. Acacius de Velas-
co, Delgadillo, Caslaingh. Tertio, quia hoc
dici potest quod talis sententia Patroni hoc
tantum docuerint de legibus Pontificijs,
quoad vim coactivam, & poenalem, & quoad
forum externum in ordine ad poenam, eas
non obligare, nisi ubi sunt promulgatae:
rursus de legibus Pontificijs purè legislati-
vis, aut prohibitiis rei ex se indifferentis,
non autem de declarativis; præfertim cùm

ut supra §. 2. dixerim, ijdem DD. rem hanc non accuratè tractaverint, dividendo leges Pontificias in declarativas ex Cathedra, & in non tales; in prohibitiwas objecti, quia in se mali, non autem in prohibitiwas objecti mali, quia vetiti. Quartò, quia do DD. ci-
N.
tatōs locutos etiam de legibus Pontificijs ut 73.
declarativis, adhuc tamen eorum opinio non est antiquata; ratio est; quia haec proposicio, lex Pontifica non obligat nisi ubi promulgata, potest habere duplē sensū; pri-
mus est, *non obligat ex se*; secundus est, *non obligat ex lege naturali reflexā*: Qui dicit pri-
mū, non dicit certo ratiū, nam nullum habet contra se principium certum: Ale-
xander enim definens *non licere accipere duplex stipendium post Decretum Urbani*, licet
jure merito supponat Decretum Urbani
obligare, non tamen decernit, an, ubi non est promulgatum, obliget, & multo minūs,
an, ubi non est promulgatum, obliget *ex se*,
an ex lege naturali dictante, nullum cogni-
tum ut certo illicitum potest esse regula
morum; ergo cùm Urbanus declaraverit es-
se illicitum recipere duplex stipendium,
consequenter etiam, ubi Urbani Decretum
non est promulgatum, obligantur omnes
Sacerdotes non recipere duplex stipendium,
quia obligantur non sequi pro regulâ morum
quid certo illicitum, adeoque obligantur
ex dicto principio naturali dictante,
nullum certo illicitum potest esse regula
morum. Ratio à priori est; quia haec propo-
sicio, *Lex Pontifica declarativa, & legislativa*
non obligat ex se, ubi non est promulgata, optimè coheret cum ista, *obligat tamen ex lege naturali, ubi non est promulgata*: sed haec pro-
positio, *Lex Pontifica declarativa, & legislativa*, *sed prohibitiwa objecti ex se mali, non obligat ex se, ubi non est promulgata, obligat tamen ex principio naturali*, non est contradictoria, aut contraria huic, *Decre-
tum Urbani obligat ubi non est promulgatum*,
quod est principium certum, cui P. Car-
denas ait illam opponi, nam eo ipso, quod
Alexander damnat opinionem docentem
licere Matriti (ubi certum est Decretum
Urbani non fuisse promulgatum) recipere
duplex stipendium post Decretum Urbani;
& pauci AA. docentes hoc licere, hoc do-
ceant, ut vult Card. quia Decretum Urba-
ni non est Matriti promulgatum, eo ipso est
certum, illud Urbani Decretum obligare
etiam, ubi non est promulgatum: sed qui
negat Decretum Urbani *obligare ex se*, ubi
non est promulgatum, & affirmat, *obligare ex lege naturali* omnes scientes, ubi non est
promulgatum, non negat obligare, ubi non
est

P. Man.
P. Moy.
M. Vel.
Delgad.
Co.
Collain.
C. 6. n. 2. exp̄s̄ docent M. Acacius de Velas-
co, Delgadillo, Caslaingh. Tertiò, quia
hoc dici potest quod talis sententia Patroni hoc
tantum docuerint de legibus Pontificijs,
quoad vim coactivam, & poenalem, & quoad
forum externum in ordine ad poenam, eas
non obligare, nisi ubi sunt promulgatae:
rursus de legibus Pontificijs purè legislati-
vis, aut prohibitiis rei ex se indifferentis,
non autem de declarativis; præfertim cùm

est promulgatum, immo affirmat etiam ibi obligare, sed ex lege naturali: ergo opinio docens legem Pontificiam etiam declarativam, & prohibitivam alicuius ex se illiciti, non obligare, ubi non est promulgata, si ad dat, *ex se*, non est antiquata, immo valde probabilis. Porro DD. dictae opinionis posse ita explicari, immo ita explicandos, patet mihi, tum quia nomine *legis* non venit declaratio, si in rigore loquamur, sed praeceptum, aut prohibitio facta communitate, tum ex non divisione legum Pontificiarum, tum ex eo quod cum plerique ex illis admittant, ut infallibile, Papam esse visibilem fidei, & morum regulam, & quoque admittant, quod nullum certo illicitum possit esse regula morum, consequenter unicè negant: (si tamen de legibus Pontificijs declarativis, & prohibitivis objecti, quia mali, loquuntur, quod mihi valde dubium est, cum hujus divisionis non meminerint) negant, inquam, unicè leges Pontificias *ex se* obligare, ubi non sunt promulgatae; non autem aliunde, si adit principium naturale obligans illis stare. Confermo: quia de legibus Pontificijs loquuntur conformiter ad leges Civiles; sicut autem istae, si prohibeant aliquid per legem naturalem illicitum, obligant etiam, ubi non sunt promulgatae, non *ex se*, sed ex principio reflexo maii fugiendi, & boni amandi; ita in casu nostro.

N.
7.4 Dices: Hæ duæ propositiones sunt contradictiones, *Nulla lex Pontificia obligat, ubi non est promulgata*; *Decretum Urbani obligat, ubi non est promulgatum*; illa est Authorum, hæc est Alexandri: ergo illa est antiquata. Respondeo esse contradictiones primo, si prima ita explicetur, *Nulla lex Pontificia obligat nec ex se, nec ex alio titulo, ubi non est promulgata*; *Decretum Urbani obligat, ubi non est promulgatum*. Secundo, si ita explicetur secunda, *Decretum Urbani obligat ex se, ubi non est promulgatum*, & prima ita, *Nulla lex Pontificia obligat ex se, ubi non est promulgata*, sunt etiam contradictiones: at quis non videat illam, *Decretum Urbani obligat ex se, ubi non est promulgatum*, non esse propositionem Alexandri? Si autem ita explicentur, *Nulla lex Pontificia obligat ex se, ubi non est promulgata*; *Decretum Urbani obligat, ubi non est promulgatum*, non sunt contradictiones, ut enim obligat, non est necesse ut obliget *ex se*, satis si ex alio capite; neque Alexander definivit *Decretum Urbani obligare ex se*, ubi non est promulgatum, sed unicè dixit *obligare*, & quidem non nisi æquivalenter hoc dixit, quatenus damnat oppositam suppositionem ut veram.

Hinc concludo, quod cùm in his Decretis Papa, & declararet, dum damnat, & legem ferat, dum prohibet, ideo ex duplice capite Fideles tenentur obediere Decreto; quare, quatenus hæc damnatio est declaratoria, quilibet tenetur non defendere oppositionem ex precepto fidei, & ex lege naturali; quatenus prohibitiva, tenetur quicunque ex lege naturali non practicare oppositionem Decretis. Hæc dixisse sufficiat in materia à nemine, eo modo quo à nobis, agitata, & falvo meliori judicio; ut tanto magis favorem, tum Doctòribus, liberando à certa falsitate eorum opinionem, tum Pontifici, asserendo Fideles ubique obligari talibus Decretis, adhuc admisstæ ut probabili sententiâ, quod leges Pontificiæ non obligent, nisi ubi promulgatae. Alia faciliora, an Papa possit supplicari, ut revocet, aut suspendat Decretem Innocentij, & aliorum Pontificum, quatenus est declarativum, prohibitivum, & poenale, cùm facile ex dictis constet, non posse, nisi quatenus poenale, lege apud P. Card. P. Card. tom. 4. diff. 1. a. n. 211.

S E C T I O III.

An omnis propositio damnata à Papa ut scandalosa, sit eo ipso falsa.

S U M M A R I U M.

Non queritur, an damnata à Papà, ut scandalosa, sit scandalosa, ut certum est, sed an sit falsa? n. 76.

Æ Quo pede hoc in dubio subtilitas, & N. ex eo quod Papa damnat aliquam propositionem præcisè ut scandalosam, inferatur, non tantum non esse probabilem, sed etiè certò improbabilem, seu certò fallam? Nota autem, aliud est, an propositione damnata à Papà, ut scandalosa, sit certo scandalosa, ita ut non tantum sit verum, sed etiam sit certum est scandalosam: aliud, an propositione damnata à Papà præcisè ut scandalosa, sit certò falsa, ita ut non tantum sit certum, sed etiam sit probabiliter faltem verum estle falsam. De primo nullum est dubium, ut constat ex dictis d. 1. secr. 4. ubi diximus de fide certum estle juxta nos, & certum Theologice juxta plures alios, propositionem damnatam à Papà ut scandalosam, estle talem. Quare tota difficultas est circa secundum; & quidem, ut confitabit, res est valde dubia, & de ea nemo ex professo tractat, nisi P. Card. Card. tom. 1. d. 9. cap. 20. art. 8. & tom. 4. diff. 1. cap. 10. & obiter P. Moy. tom. 1. tr. 3. P. Moy. d. 6. qu. 5. a. n. 46. & d. 8. qu. 6. n. 22. Torrec. Torrec. diff. 4. a. n. 7. Lumbier tom. 3. a. n. 1672. Funda-

S E C T. III.

57

§. I.

Fundamenta utriusque sententia.

S U M M A R I U M.

DD. negantes, n. 77.

Forum rationes à n. 78. ad 85.

Ex censuris aliquae sunt communes propositionibus externis, & internis, aliquae externis tantum competunt. Qua? n. 79.

DD. affirmantes; & rationes à n. 86. ad 88.

N. 77. P Rima negat propositionem damnatam à Papâ ut scandalosam, esti eo ipso falsam, immò vult posse simul esse scandalosam, & veram. Ita P. Moya, & ex eo Torrec. & Lumbier i.e. impugnans Patrem Carden. tom. I. l. c.

N. 78. Probat primò: quia, ut ait P. Moya d. 6. qu. 5. n. 47. rectè itare potest propositionem aliquam non esse falsam, & esse temerariam, & praestare occasionem ruinæ spiritualis auditoribus; & n. 49. rectè cohæret judicium de veritate propositionis cum iudicio de scandalo ejusdem: ergo ex eo, quod Pontifex damnat aliquam, ut scandalosam, non infertur necessariò esse falsam, quamvis, si scandalum non oriatur ex sensu æquivoco, implicet, ait idem P. Moya n. 50. esse practicè probabilem. Antecedens, in quo stat difficultas, probatur: quia scandalosum, & verum non opponuntur, ut pluribus exemplis suadet Lumbier, & ante eum M. Cano lib. 12. de locis cap. 11. nam qui diceret crimen verum occultum de aliquo viro gravi, dicere verum, & generaret scandalum: ergo non omnis propositio scandalosa est necessariò speculativè falsa, immò potest esse speculativè vera: & ideo Corduba in Quætionario lib. 1. qu. 17. §. 20. Saura in Examene doctrinarum cap. 6. definiunt propositionem scandalosam, qua, etiamsi vera sit, præbet occasionem ruinæ. Confirmatur primo: Ut enim opus aliquod sit scandalosum in se, non debet esse in se malum, satis est, ut mali speciem habeat; ita, ut propositione sit scandalosa, non est necesse, ut in se falsa sit, satis est, ut sit apparenter falsa: immò sicut opera aliquin bona saepe omittenda sunt ob scandalum ex illis præsumit futurum, ita hoc idem contingere potest opinione aliquin veræ, & adhuc tamquam scandalosa prohiberetur. Confirmatur secundò: quia qui dicereat aliquam ex damnatis esse veram, non ideo cogitur ad dicendum, non esse scandalosam, immò potest affirmare esse veram simul, & scandalosam, nec potest à Papâ puniri, quasi Decreto contravenisset; puniendus quidem esset tamquam

scandalosus, si eam exterius defenderet, non tamcn si interius judicaret veram, quia tunc nulli scandalum præberet; etenim, ut rectè P. Arriaga d. 20. de Fide num. 29. P. Moya P. Ari; tom. I. tr. 3. d. 6. §. 5. circa finem, & ex illis P. Moy. P. de la P. de la Fuente dis. 1. n. 28. quedam cen- Fuente. furæ communes sunt propositionibus internis, & externis, ex gr. esti hereticam, erroneam, temerariam, falsam; aliae autem in solas externas cadunt, ex gr. esse male sonantem, seditionem, piarum aurium offendivam, scandalosam: ergo, &c.

Secundo: quia si omnis propositio scandalosa esset certò falsa, qui diceret, licitum est 80. edere ad satietatem, quæ damnatur, ut scandalosa, non tantum diceret quid scandalosum, sed etiam quid certò falsum, & erro- neum: sed nullus potest maiorem censuram tribuere damnatae, quam Pontifex tribuit, præfertim cùm Innocentius hoc prohibeat: ergo, cùm Papa damnatas censuræ tantum ut scandalosas, non potest dici esse falsas.

Tertio: quia non tantum, non omne N. scandalosum est falsum, ut patet ex prima 81. ratione, sed neque omne falsum est scandalosum; si quis enim assereret, omne mendacium esse peccatum mortale, diceret quid falsum, non tamen quid scandalosum; non enim diceret aliquid laxans conscientiam: ergo nec falsitas cum scandalo, nec scandalum cum falsitate, necessario connectitur: ergo ex eo quod damnantur ut scandalosæ, non potest inferri, quod sint falsæ; sicut ex eo, quod damnarentur ut falsæ, inferri non possit, quod essent scandalosæ.

Quarto: quia licet omne practicè probabile sit etiam speculativè probabile, non ta- 82. men omne speculativè probabile, est etiam practicè probabile; plus enim requiritur ad practicè, quam ad speculativè probabile; nam speculativa probabilitas unicè sumitur à principijs rei secundū se, seu ex fundamento gravi; probabilitas autem practicā sumitur etiam à circumstantijs rei deducenda ad praxim, inter quas aliqua esse potest, propter quam speculativè probabile fiat practicè improbabile: ergo dici potest, Pam damnasse unicè propositiones ut practicè probables: ergo adhuc esse possunt speculativè probables: ergo non sunt certò falsæ. Confirmatur ex Lumbier: Potest cog- Lumbier. nitio practicā esse falsa, & speculativa esse vera: ergo ex eo quod omnes damnentur ut practicè falsæ, non infertur esse etiam speculativè falsas.

Quinto: quia omnes damnatae sunt mo- N. dales saltem implicitè: sed in propositione 83. modali potest dictum esse verum, & modus esse

N. 79. Cordu. Saura.

esse falsus, ex. gr. Petrum loqui est necesse; *Petrum loqui*, quod est dictum, seu proppositio de incerte, potest esse verum; est *necessitas*; quod est modus, est falsum: similiter in hac, est de fide Papam esse infallibilem; *Papam esse infallibilem*, est dictum, & est verum apud omnes Catholicos; est *de fide*, est modus, & à pluribus Catholicis negatur, nempe ab illis, qui dicunt esse tantum Theologice certum; ergo idem dici potest de damnatis, dictum plurium esse verum, & modum omnium esse semper falsum.

N. 84. Sexto: quia rationes sententiae opposita ad summum evincunt damnatas à Papâ ut scandalosae, non esse amplius probabiles, non autem positivè improbabiles, seu certo falsas, nam eo ipso, quod non sint probabiles, vel fint tenuerit tantum probabiles, non possunt dirigere conscientiam: ergo ex eo quod sint scandalosae, non infertur, quod sint improbabiles, seu certo falsae. Confirmatur: Propositio vera, latente eius fundamento, est non probabilis: ergo scandalosa; nam omnis opinio laxans conscientiam in materia morum est scandalosa: sed implicat, ut propositio vera sit certo falsa: ergo potest dari propositio scandalosa, qua non sit certo falsa.

N. 85. Septimo: quia, ut aliqua opinio fiat improbabilis, dari debet argumentum moraliter evidens excludens probabilitatem: sed nuda Papæ condemnatio hoc non praedit: ergo Minor probatur: quia dici potest, quod Papa vetet defendere damnatas propter inconvenientia, quin deroget carum probabilitati, quomodo vetat defendere opinionem Deiparae in peccato concepta, quin hujus probabilitati deroget. Confirmatur: quia non implicat, ut propositionem aliquam famam Papa dicat probabiliorem, quia multa falsa sunt probabiliora veris: ergo neque ut propositionem veram dicat scandalosam: ergo si non valet, est probabilius, ergo vera; ita neque, est scandalosa, ergo falsa.

Hæc esse possunt hujus sententiae fundamenta, partim à suis Patronis, partim à me addita.

N. 86. Secunda sententia affirmat omnes propositiones in materia morum damnatas à Papâ ut scandalosae, esse certo falsas. Ita P. Card. P. Card. ut scandalosae, esse certo falsas. Ita P. Card. P. Ri. tom. 1. & 4. II. cc. P. Ripalda tom. 3. de Ente pald. d. i. n. 49. P. de la Fuente dis. 1. qu. 6. Card. C. de Lugo d. 20. de Fide n. 108. & 113. & Lugo, P. de la Filgueira pag. 68. in Censurâ, (quorum ple- Fuente, rique obiter) & quotquot dicunt errare di- Filgue. centem, esse veram propositionem, quam Ecclesia judicat temerariam, aut scandalosam.

Fundamentum est primò; quia cum Pa- N. pa ex Cathedrâ damnat aliquam opinionem 87. in materia morum ut scandalosam, damnat ut falsam: ergo omnis scandalosa in materia morum, damnata ut talis à Papâ ex Cathedrâ, est certo falsa, quia habet contra se certum Papæ judicium. Antecedens probatur: quia si damnata à Papâ ut scandalosa, non est falsa, sed vera, licitum esset à parte rei ejus objectum, & non nisi ob ignorantiam esset illicitum: ergo Papa damnans, ut illicitum, erraret in materia morum; hæc enim est differentia inter judicium Papæ ex Cathedrâ, & judicium cuiusque alterius Tribunalis, quod judicium alterius Tribunalis damnans aliquam opinionem ut scandalosam, cum non sit certum, nec est certum esse illicitum objectum opinionis damnatae: econtra, cum sit certum judicium Papæ damnantis opinionem, ut scandalosam, est certum esse illicitum ejus objectum. Ratio à priori est; quia Papa damnans opinionem in materia morum ut scandalosam, non damnat cam ut scandalosam ex ignorantia hominum, (eo modo, quo est scandalosum ex ignorantia veritatis ignorante, dicere crimen occultum verum, generatur enim tunc scandalum ex ignorantia talis criminis) sed damnat ut à parte rei scandalosam, alias erraret in materia morum: sed doctrina in se scandalosa non potest esse vera: ergo opinio damnata à Papâ ut scandalosa, non potest esse vera: ergo, cum judicium Papæ sit certum, opinio damnata ut scandalosa est certo falsa.

Secundò: quia damnata à Papâ ut scandalosa manet omni tempore etiam futuro N. fine omni fundamento probabili: sed damnata, qua numquam potest esse probabilis, est certo falsa: ergo omnis damnata à Papâ ut scandalosa, est certo falsa. Maior patet: quia judicium Papæ est infallibile pro omni tempore: ergo si nunc tollit omni fundamento probabilitatis, tollit etiam pro omni tempore futuro. Minor probatur: quia opinio, qua numquam potest esse probabilis, eo quia habet contra se judicium certum, est certo falsa. Hinc, eti aliquid opinio damnata ut improbabilis ab alio Tribunali (si hoc verum dicit) numquam futura erit probabilis, attamen non constat, quod verum dicat, constat autem Papam verum dicere: ergo, &c. Hæc P. Card. P. Card.

§. II.
Preamble ad veram sententiam.

S V M M A R I V M.

Quid scandalum? quid activum? quid passum?

suum? quid formale? n. 89. 90.

Quid opinio activè, aut passivè scandalosa? n.

91.

Mens TT. ibid.

Dannata ex Cathedrā sunt ex objecto scandalosa? n. 92.

Cur opiniones dannatae potissim, ut scandalose, quam ut falsa? n. 93.

Scandalosum in sensu vulgari, quid? ibid.

Opinio quod modis esse possit scandalosa? ibid.

Ratio scandali in opinione est ab opinione improbabiliter facient libertati, ibid.

Esi dannata dicamur dannata tamquam scandalosa, dannantur ut absolute tales, n. 94.

Quid non probabile, quid improbat? n. 95.

Si practicā, & speculativa idem omnino obiectum habent, si una est vera, & alia si falsa, & alia, n. 97.

Cx. omne practicē probabile sit speculativē probabile, non econtra? n. 98.

Modalis non aliam veritatem, aut falsitatem habet, nisi a modo, n. 99.

Dictum in modali, nec affirmatur, nec negatur, ibid.

Dannata ab Alexand. VII. & VIII. & Innoc.

XI. sunt modales, n. 100.

Quae sunt implicatæ, quæ explicitæ modales? ibid.

Pleraque docebantur, ut practice probabiles, n. 101.

Aliqua sunt mixta a probabilitate speculativā, & practicā, aliqua solā speculativā, n. 102.

Esi ab Alex. VIII. dannata sunt plerique speculativa, aliqua tamen practicam probabilitatem indicabant, n. 103.

Ut dannata tamquam scandalosa sit falsa, satis ut sit falsa falsitate opposita veritati, quam dannata supponebat, ibid.

Dictum S. Th. de judicij Pontificij super alia omnia præminentia, n. 104.

dalum, ut bene P. G. Hurtado d. 10. de Char. diff. 1. Passivum est ipsum peccatum p. Gasq. perfonæ scandalizatæ; duplex autem est scandalum passivum, aliud dicitur datum, & est ipsum peccatum scandalizati, ut derivatum à scandalo activo scandalizantis inducens ad peccatum; aliud dicitur acceptum, N.

Ite ex inhrmitate, nam passiones animi sunt infirmitates; & est ipsum peccatum scandalizati secutum ex opere alterius, sive bono,

sive malo, non tamen inducente ad peccatum, ita ut si peccatum scandalizati oriatur ex malitia ejusdem scandalizati, dicitur Pharisæicum, at P. Sanch. lib. 1. Sum. cap. 6. n. P. Sanc.

1. Tale fuit scandalum Pharisæorum acceptum ex doctrinâ, & moribus Christi D. Si autem oriatur ex ignorantia, & passione scandalizati, dicitur scandalum puerorum.

Aliter Caram. lib. 2. Theol. Mor. Fund. pag. Caram.

680. an. 2309. Hinc advertit P. G. Hurt. diff. 2. quod ut scandalum activum sit peccatum formale scandali, necesse omnino est;

ut quantum sit ex se, sit actio facta ex intentione inducendi proximum ad peccatum: ex. gr. qui furatur coram alio, sed sine animo inducendi alium ad peccatum, non peccat peccato formalis scandali activi, et si in videte illud furtum oriri posset admiratio, aut ex tali exemplo sumere occasionem furandi, & ideo ea admiratio, & occasio, quam videns arripit, dicitur impropriæ, &

late scandalum. Adharet huic doctrinæ P. P. Vafq. Vafqu. d. 102. cap. 4. P. Sanch. l.c. cap. 6. P. P. Sanc.

Filius tom. 2. tr. 28. n. 125. & alij: sed ei resistunt P. Suar. d. 10. de Charit. sett. 2. P. P. Suar.

Valen. tom. 3. d. 3. qu. 18. punc. 2. P. Ovied. 1. 2. P. Ovi.

tr. 6. contr. 2. n. 73. & alij docentes contra h. edo,

malitiam speciale scandali sine expressâ intentione inducendi proximum ad peccatum,

dummodo quis sit causa, aut occasio culpabilis peccati proximi. Idem sentit Mastr. in

Theolog. Mor. d. 10. quod approbo ut magis verum,

Nota secundò, quod proportionaliter ad N.

datam scandalii doctrinam discurre potest de 91.

propositione scandalosa, quæ similiter dividit potest (quamvis à nullo Theologo ex-

pressè indicata videbam hanc divisionem) in activè, & in passivè scandalosam. Acti-

vè scandalosam voco illam, quæ docet ali-

quid præbens occasionem ruinæ spiritualis, P. Suar.

ut rectè P. Suar. d. 11. de Fide, P. Oviedo P. Ovi-

contr. 12. de Fide punc. 4. n. 60. & alij apud edo,

illum, P. Card. tom. 1. d. 9. cap. 20. art. 8. & P. Card.

tom. 4. diff. 1. cap. 9. Diez de Prado p. 2. §. 2. Diez,

n. 15. à quâ doctrinâ, licet magis severè lo- P. G.

Hurtad, quatur, non distat P. G. Hurt. d. 10. de Fi-

de diff. 6. dicens, esse eam, quæ ex suâ ra-

tione

tione dat offendiculum erroris in materiā fidei; addit Herinx n. 95. & Filgu. in Cen-
P. Arri-
Herinx, furā pag. 68. aut morum; addit P. Arriaga d.
Filguei. 20. de Fide n. 13. aut male suspicandi de fide
dicentis; fed, me judice, melius prae ceteris
Saura, P. Saura de Exam. Doctrinæ cap. 6. apud P.
P. de la de la Fuente disf. 1. qu. 2. n. 7. scandalosa pro-
Fuente. positio Theologice est, que præbet occa-
nem ruinæ in materiā morali, & dicit, aut
moveat ad executionem peccati per modum
diætaminis, & securæ doctrinæ. Passivæ scandalo-
læm voco inclinationem, & diætam gen-
eratum in mente audientis inducens ruinam
spiritualem. Rursum sicut scandalum
passivum aliud est propriæ tale, & est lapsus
scandalizati iecutus ex inductione scandalizan-
tibus; aliud impropriæ tale, & est lapsus
scandalizati derivatus ex infirmitate animi,
malitiae, aut ignorantiae scandalizati; ita pro-
positio passivæ scandalosa, alia est propriæ talis,
nempe diætam scandalizati allieiens
ad lapsum, derivatum à propositione active
scandalosa; alia est impropriæ talis, & est
ipso allieientia ad ruinam spiritualem deri-
vata à malitia, vel ignorantia. Iphus scandalizati,
qui vel non intelligit, vel male inter-
pretatur propositionem alterius. Demum
sicut ad scandalum active, ut sit pecca-
tum contra misericordiam spiritualem, non
est necesse, ut fiat co animo, sed satis est, ut
ex objecto, & ex se sit potens inducere pro-
ximum in peccatum, ut dixi ex P. Suar.

P. Suar.

& alijs; ita etiam ad propositionem active scandalosam satis est, ut ex se contineat doctrinam ducentem ad aeternam perditionem, etiæ ex hoc fine non traderetur. Ex qua doctrinæ
intelligi potest, quod sepe repetit P.
P. Card. Card. tom. 4. n. 171. propositionem aliam esse
ex se, & à parte rei scandalosam, aliam ex
ignorantia hominum, quatenus ignorantia
fundamentum; & infert scandalosam ex
se non posse esse veram, posse autem esse veram, scandalosam ex ignorantia, ut etiam
docet P. Ripalda mox citandus.

N. Nota tertio, certum omnino esse, quod
opiniones damnatae ex Cathedrâ ut scandalosæ, sint ex objecto, ut ita dicam, active scandalosæ: primo, quia ab Alexandre, & Innocentio cointinere dicuntur noxia doctrinæ pascua, & esse in praxi perniciose: secundo, quia Innocentius damando opinio-
nes ut scandalosæ fatetur, se inherere Alexandre VII. vestigijs; Alexander autem à se
damnatas damnavit ut scandalosæ, quia Christianam disciplinam relaxabant, & animarum perniciem inferebant, & ingentem corruptelam inducebant, & arctam salutis
viam in animarum perniciem dilatabant: sed

P. Rip.

opinio continens in se, & non ex ignorantia
audientium, doctrinam noxiæ, pernicio-
sam, disciplinæ Christianæ relaxativam, ani-
marum perniciem trahentem, & per latam
perditionis viam incidentem, est active, &
ex objecto scandalosa: ergo opiniones dam-
natae ab Innocentio, & Alexandre VII. &
plures ex damnatis ab Alexandro VIII. sunt
ex objecto, non ex merita audientium igno-
rantia, scandalosæ. Confirmo ex P. Ripald.
contra Baium. d. 1. n. 9. & n. 58. & d. 2. n. 19.

P. Ripa.
Baius.

Sicut enim potest aliqua propositiō dupli-
citer esse offensiva pietatis, vel per se, & ab
intrinseco, quia contradicit pietati, & Reli-
gioni, quam Fides Catholica dirigit; vel
per accidens, & ab extrinseco, qua contra-
dicit pietati, quam error, & ignorantia regu-
laris, ita dico ego de scandalosa, quæ potest
esse ab intrinseco talis, quia contradicit mori-
bus, quos Fides dirigit; vel potest esse ab
extrinseco talis, quia contradicit moribus,
quos ignorantia dirigit; sicut autem offensiva
pietatis primo modo damnatur propter
falsitatem, & non tantum, quia offendit pietati,
ita etiam scandalosa primo modo prohi-
bitetur ob falsitatem. Hinc patet, cur Ponti-
fices dictas opiniones damnaverint expresse
ut scandalosæ, & non potius ut falsas; ratio-
est, tum quia non omnis opinio, etiæ evi-
denter falsa, & improbabilis circa materiam
morum, est scandalosa, prout vulgariter su-
mitur scandalum; illa enim in sensu vulgari
est tantum scandalosa, que relaxat Christianam
disciplinam, & dicit per latam perdi-
tionis viam: ergo cum diætæ opiniones du-
cent per viam perditionis, damnatae sunt potius
ut scandalosæ ex se, eo ipso, ut dicam, sup-
ponuntur falsæ, supponuntur enim adver-
ari ex se veritati morali, quam Fides dirigit;
tum quia, ut doctissime P. de la Fuente disf.
1. qu. 2. ubi latè discurrit de propositione
scandalosæ, & quot modis positæ esse talis,

N.
93.

omnes opiniores damnatae ab utroque Ale-
xandro, & Innocentio convenienter, quod
per modum regulæ securæ, & tutæ in gene-
re moris ad ruinam disponant, & lapsum op-
positum præceptis, aut consiliis Christianæ
doctrinæ: ergo merito damnatae sunt potius
ut scandalosæ. Ex hoc infero, quod, si detur
opinio aliqua, fide tenuis, fide nullius
probabilitatis, immo evidenter falsa, & ea
non laxet conscientiam, sed stringat, ea erit
quidem falsa, sed non erit scandalosa, quia
revocat potius, dum legi favet, à viâ perdi-
tionis, & conscientiam stringit: ex gr. opinio docens esse mortale non præmittere be-
nedictionem ante prandium, vel non statim
conteri

P. de la
Fuente.

conteri post peccatum, vel invertere jejuniū ordinem, quae opiniones licet sint evidenter improbabiles, non tamen sunt in sensu vulgari scandalosæ, quia non ducunt per latam perditionis viam: ergo ratio ex se scandalosæ in propositione non sumitur à sola nō probabilitate, aut improbabilitate, sed à non probabilitate, aut improbabilitate favente libertati, & ducente per spatiostam perditionis viam. Similiter infero, quod si per scandalum veniat omne, quod inducit ad peccatum, sive laxet conscientiam, sive niūm stringat, tunc omnis propositio improbabilis nimis stringens, quia multiplicat contra rationem peccata, & ad ea quodammodo inducit, potest in hoc sensu dici scandalosa, etio in rigore talis non sit.

Dices, opiniones damnatas esse tantum damnatas tamquam scandalosæ: ergo non sunt propriæ scandalosæ, nam to tamquam significat impropriatem. Responde has particulæ, scit, tamquam, &c. sive significare rei veritatem, non autem solam similitudinem; quod autem hic significant veritatem, mihi extra dubium est, ut tandem

P.d.s la Fuent. P. de la Fuente l.c.n. 20.

N. 94. Nota quartò, aliud est non probabile, aut tenuiter probabile, aliud improbabile: non probabile, aut tenuiter probabile, est, quod vel nullo, vel levissimo, respectivè faletem ad fundamentum partis oppositæ, fundamento autoritatis, aut rationis initius; de quo videri possunt quotquot explicuerunt damnatas ab Innocentio, damnat enim tenuem probabilitatem falso esse ad conscientiam, que tenuis probabilitas non est nisi, vel parva probabilitas, vel incerta. Improbabile est, quod habet contra se fundatum omnino certum, adeoque non probabiliter solubile. Duo autem diligenter advertenda sunt: primum, ut bene P. Card. tom. 1. d. 10. an. 31. & tom. 4. dī. 1. n. 161. quod licet in materia speculativâ ex eo quod una pars contradictionis non sit probabilis, non ideo altera pars est certa; nam haec propositio, *Turca dormit*, non est probabilis, quia nullum pro hoc afferendo habeo fundamentum; non tamen sequitur ejus contradictionem, *Turca non dormit*, esse certam, immo haec etiam non est probabilis: at in materia morum, eo ipso quod non est directè probabile actionem A licere, eo ipso, nisi assumatur aliquod principium reflexum, ex gr. *Licet omne, quod omnibus examinatis non appareat directè illicitum*; eo ipso, inquam, est reflexè evidens non licere, quia, ut infra probabo, non licet operari sine cer-

to de non peccato formalis iudicio; sed de hoc fusiis alibi.
Nota quinto, quod quam certum est dari posse opinionem speculativè veram, & 97. practicè falsam, (si praxis ejus opinionis includat aliquam circumstantiam, à quâ speculatio praeficitur) tam certum est non posse dari opinionem speculativè veram, & practicè falsam, si speculatio habet pro objecto proxim, & consideret omnes circumstantias concurrentes in praxi ejus opinionis. Primum est certum; quia potest speculatio praescindere à circumstantiâ, à quâ praxis talis opinionis non potest in statu reali separari, ex gr. est speculativè probabile, quod volens committere omne veniale, non peccat mortaliter, ut tradit Herinx tom. 2. d. 7. de P. Sanc. peccato mortali, & veniali n. 75. contra P. P. Ovi. Sanch. de quo etiam agit P. Oviedus 1.2. tr. 6. conir. 3. an. 80. & an. 152. attamen non est practicè probabile, quod si committas omne veniale, non peccabis mortaliter, quia aliqua venialia sunt moraliter, & physice inseparabili à mortali, adeo ut si aliqua ex illis committas, non poteris non committere mortale ab eo inseparabile. Similiter est speculativè probabile, quod licet in talibus circumstantijs prævenire aggressorem, attamen non est practicè probabile, quatenus aliqua decriit. In his casibus aliquid est speculativè probabile, quod non est practicè probabile, quia speculatio, vel praeficitur ab aliqua circumstantiâ, à quâ talis operatio in praxi non potest praescindere, & à quâ praxis redditur illicita, vel includit aliquam, quam praxis non includit. Secundum etiam est certum; quia si speculatio attingat omnia, que attingit cognitio practica, tunc speculatio idem omnino habet pro objecto, quod praxis in re: ergo si opinio est practicè improbabilis, erit etiam speculativè improbabilis. Ex quo sequitur primo valere hanc consequiam, est practicè probabile, ergo etiam speculativè; non econtra, est speculativè probabile, ergo etiam practicè; sicut nec N. valet, est practicè improbabile, ergo etiam speculativæ. Rratio est; quia eadem probabilitas, que est in praxi, est eadem, que fuit in speculatione: ergo si est practicè probabile, seu verum, actionem A licere, erit etiam speculativè verum, actionem A licere, nam ea cognitio practica supponit hanc speculativam: econtra non eadem improbabilitas, que est in praxi, est necessariò in speculacione, potest enim haec praescindere à circumstantiâ, à quâ non praeficitur praxis: ergo tenet consequia, omne practicè probabile est speculativè probabile, non autem te-

F net.

Tom I.

net, omne practicè improbabile est etiam speculativè improbabile: vel, omne speculativè probabile, est etiam practicè probabile. Sequitur secundo, quod si speculatio attingat omne, quod concurrit ad proximam talis actionis, tunc valet consequentia mutua à veritate, aut fallitatem cognitionis practicæ ad veritatem, & fallitatem speculativæ, adeoque omne practicè improbabile, & falsum, erit etiam speculativè tale, & econtra. Ex hac doctrinâ inferam contra Adversarios, quod si damnatae ut scandalosa sunt practicè falsæ, ut vult Lumbier, & Torrec. erunt etiam speculativæ falsæ, adeoque si hęc opinio, *Licet adere ad satislatem*, eti practice falsa, erit etiam falsa speculativa idem affirmans. Ratio est; quia cognitio speculativa considerans omnes circumstantias objecti practicæ, quas considerat cognitio practicæ, eamdem habet veritatem, & falsitatem, licet cum diverso tendendi modo: ergo si opinio practicè probabilis est falsa, erit etiam falsa opinio speculativa attingens objectum sub iisdem circumstantijs, quas attingit practica.

N. 99. Nota sexto, licet in propositione modali detur dictum, & modus afficiens dictum, attamen propositio modali nullam aliam habet veritatem, aut falsitatem, quam illam, quae est in modo. Ratio est; quia in propositione modali solus modus est, qui affirmatur, vel negatur, dictum autem ex fene affirmatur, nec negatur: ergo tota veritas, aut falsitas est in dicto. Hinc inferam deceptum Lumbier, & Torrec. (quod ipsum deinde, postquam meis Auditoribus prius dictaveram, observatum vidi à P. Card. tom. 4. n. 186.) dum dicunt in propositione modali, dictum esse posse verum, & modum falsum; hec enim doctrina est certò falsa, quia in modali dictum, nec affirmatur, nec negatur, ut patet; dum dico, Petrum currere est possibile, non affirmo *Petrum currere*, quod est dictum, sed tantum affirmo *esse possibile*, qui est modus: ergo dictum, nec est verum, nec falsum. Ex hac etiam doctrinâ inferam, quod cum omnis damnata sit modalis, nam supponit, aut exprimit tò *licitum*, vel tò *probabile*, sequitur, quod si tò *licitum*, aut *probabile* etiam per Adversarios est falsum, tota propositio est falsa: ergo omnis damnata ut scandalosa est falsa.

N. 100. Nota septimò, omnes damnatas tam ab Alexandro VII. & VIII. quam ab Innocentio, esse explicitè, aut implicitè modales: Explicitè modales sunt, que continent modum, *licitum*, *probabile*, non *damnamus de mortali*, non peccat mortaliter, non obligat, p-

teft, subintellige moraliter, seu licetè hoc enim etiam verba significant idem, ac *licitum*. Implicitè modales sunt, que supponunt eundem modum, *licitum*, vel *probabile*, eti cum non exprimant, quod autem supponant, est mihi certum, quia Authores, qui damnatas tradiderunt, docuerunt illas, vel ut practicè, vel ut speculativè probabiles, talis est 17. Satis est actum fidei item in vita elicere; 16. Fides non cadit sub præceptum speciale; quæ utraque damnatur ab Innocentio, & supponit nullam dari obligacionem credendi ex præcepto speciali fiduci, vel faltem non dari nisi ad semel eliciendum actum fidei, eti quis diu vivet; quarum prima docebatur ut practicè probabilis, secunda ut speculativè probabilis, licet ex hac inferretur illa; tales sunt etiam 19. 20. 21. ex damnatis ab Innocentio; nam 19. docebatur, ut speculativè probabilis, & ex ea inferebatur 20. & 21. ut practicè probabiles, talis etiam est 48. & 49. ut mox dicam: ergo certum est, omnes damnatas esse faltem æquivalenter modales.

Nota octavò, quod ferè omnes damnatae N. docebantur ut practicè probabiles; vel enim 101. sermo est de damnatis ab Alexandre VII. & omnes præferunt practicam probabilitatem, nam dicunt esse *licitum*, non teneri, esse *probabile*, non peccare, qui termini sunt in ordine ad operationem: ergo omnes damnatae ab Alexandre VII. ut scandalosa, affirmabant practicam probabilitatem, & a suis Authoribus tamquam practicè probabiles traditæ fuerunt: vel loquimur de damnatis ab Innocentio XI. & de his dico, quod ferè omnes, paucissimis exceptis, affirmant practicam probabilitatem, nam dicunt esse *licitum*, non obligare, non peccare, posse moraliter seu licetè. Dixi, paucissimis exceptis, & quidem ali- N. que ex his mixtæ sunt probabilitate speculativæ, & practicæ; tales sunt 12. Vix in sæcularibus invenies superfluum statui, & ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam; cuius prima pars docebatur ut speculativè probabile; secunda autem, quæ infertur ex primâ, docebatur ut practicè probabilis; 35. Est probabile omnem factum, quamdiu est in utero, carere animâ rationali, adeoque nullum in omni abortu committi homicidium; cuius prima pars tradebatur ut speculativè probabilis, secunda illata ex primâ, ut practicè probabilis; 49. Mollities jure naturæ non est verita, unde si Deus eam non vetasset, esset sepe bona, & aliquando obligatoria sub mortali; cuius prima pars tradebatur ut speculativè, secunda illata ex primâ, ut practicè probabilis. Alia autem

autem videntur puram speculativam probabilitatem præferre, quamvis ex ijsdem faciliè quilibet inferet probabilitatem practicam: tales sunt *tertia*, Sufficit tenuis probabilitas ad prudenter operandum; ex quā innumeris practicē falsa inferuntur; 16. Non datur speciale fidei præceptum; 19. Voluntas non potest facere, ut alienus fidei sit firmiter motivo, à quo impellitur; ex quibus infert fidem ex se non obligare, & voluntatem licite posse repudiare fidem, & fidem stare posse cum formidine revelationis Divinae, quæ opinions tradebantur, ut practicē vera, & sunt damnatae; 23. Sufficit ad iustificationem fides latè dicta; ex quā inferunt, neminem fide strictā teneri credere, ut iustificetur, que est practicē falsa. 48. Fornicatio secundūm se nullam includit malitiam; ex quā affirmatā ut speculativē probabili inferri posset, fore aliquando bonam, immò necessariam, ut inferebatur ex

N. 49. quod tamen est practicē falsum. Vel sermo de damnatis ab Alexandro VIII. & de his dico, quod licet plerique affirmit probabilitatem speculativam, plures tamen affirman etiam, vel inferunt practicam; tales sunt 1. Quod sufficit ad peccatum mortale libertas in Adamo; ex qua plurima inferunt peccata; talis 3. Non licet sequi probabilitissimam; ex quā infertur peccare, qui sequitur probabilitissimam; talis 20. Confessiones apud Religiosos facte, pleraque, vel sacrilega sunt, vel invalida, & ferē omnes alii, ut patet considerant. Ex quā annotatione inferam contra Adversarios, quod ut mea sententia asserens omnes damnatas ex Cathedrā ut scandalosas esse certō falsas, sit vera, satis est, ut opinio damnata sit falsa falsitate opposita veritati, quam damnata supponebat: ex gr. si damnata asserebatur practicē vera, ego dico practicē falsam; si speculativē vera, dico eam post judicium Papae esse speculativē falsam: quin autem, ut dixi, pleraque ex damnatis loquebantur de probabilitate, seu veritate practicā, immò illa pauca, quæ præferunt probabilitatem speculativam, tradunt illam plerumque in ordine ad proximū; hinc dicam, quod eo ipso, quod Adversarij concedunt, damnatas ut scandalosas esse practicē falsas, dicunt quod nōs; quod si dicant non dicere quod nos, quia nos dicimus esse speculativē falsas, tunc dico nobis videri, quod non penetrant propositiones; ego enim dico damnatas esse falsas, & continere falsitatem oppositam veritati, quam indicabant; si veritatem practicam, dico esse practicē; si speculativam, dico eas esse speculativē falsas. Immò ex hoc

ipso, quod aliquæ ex damnatis juxta Adversarios adhuc retineant veritatem speculativam, eo ipso dicere non possunt, esse post damnationem practicē falsas, si ad rem loquuntur; nam cum nullam veritatem practicam continerent, nullam etiam veritatem practicam per damnationem amittunt; ergo si quam amittunt, est veritas speculativa, quam præferebant.

Nota nono, præminentiam judicij Pon. N. ticeij supra omne judicium, non tantum 104. Doctoris privati, sed etiam omnium sapientum, ut ait S. Thom. *Quodlibet. 10. art. 6. s. Th.* *Magis standum est autoritati Pape, ad quem pertinet determinare de fide, quam quorumlibet sapientum in Scripturis opinioni, confistere non tantum in certitudine, quam haurit ex assentiencia Spiritus S. sed etiam in perpetuitate, ita ut quod semel definitur ut certum, sit semper toto tempore futuro certum, adeoque sicut Papa declaras opinionem aliquam esse hereticam, eadem in eodem sensu est omni tempore futuro heretica; ita declarans aliquam improbabilem, eadem est omni tempore futuro in eodem sensu improbabilem, ita ut de ejus probabilitate conclamatum, & desperatum sit. Hac notanda fuerunt ad perfectam nostræ sententię intelligentiam.*

§. III.

Nostra sententia.

SUMMARIUM.

Damnata ex Cathedrā ut scandalosa, non gaudent probabilitate, quā antea, n. 105.
Est reflexè improbabilis, n. 106.
Est directè falsa, n. 107.
Est certò illicita, n. 109.
Nulla damnata a Papā ut scandalosa, est scandalosa ex ignorantia, n. 111.
Contra illam sit certum Papa de non licentia iudicium, ibid.
Cur omnis opinio ex objecto scandalosa sit falsa?
n. 113.
Censura Theologica supponit falsitatem, ibid.
Si opinio habeat contrā se quid certum, est improbabilis; si nil contrā se habeat verum, nec pro se habeat grave fundamentum, non est probabilis, n. 115.

P Rima conclusio: Opinio declarata à Papā loquente ex Cathedrā ut objectivè 105, scandalosa, non est amplius probabilis eogenere probabilitatis, quæ antea; ita ut, si prius erat probabilis speculativè, non est amplius speculativè probabilis; si probabilis practicè, non est amplius practicè probabilis.

F ij Secunda

Tom. I.

- N. Secunda conclusio: Eadem propositio
106. damnata a Papa ut scandalosa, co ipso quod non sit amplius probabilis directe, fit omnino reflexe improbabilis positivè, seu est reflexè certum, eam non esse amplius probabilem.
- N. Tertia conclusio: Eadem propositio dam-
107. nata a Papà ut scandalosa, non tantum non est amplius probabilis directe, sed est directe omnino falsa, & positivè improbabili-
- N. Tribus continetur mea sententia; nempe
108. propositionem damnatam a Papa ut scandala-
loam, primo carere omni probabilitate asser-
tā, vel suppositā in eadem propositione;
secundò, co ipso esse per dictamen reflexum
improbabilem positive, quatenus est reflec-
xe certum eam non esse probabilem; tertio,
esse directe positive improbabilem, seu cer-
to falso in se.
- N. Prima conclusio probatur: Nulla opinio
109. certo scandalosa, si constet esse talem; po-
teat esse probabilis, nec practicè, si affirmetur
ab eadem opinione probabilitas practica,
nec speculativè, si speculativa: sed omnis
damnata a Papà ut scandalosa, est certo jux-
ta omnes, immo juxta me est de fide scandala-
loa: ergo nulla damnata a Papà ut scandalosa
potest esse amplius probabilis. Maior
probatur: Omnis opinio certo scandalosa est
certo illicita: ergo si est certo illicita, eo ip-
so à certitudine de non licentia eliditur omnis
verosimilitudo licentia sumpta à ratione,
vel autoritate: ergo non est amplius proba-
bilis; probabilitas enim sumitur à verosi-
militudine mixta gravi rationi, vel authori-
tati. Confirmo: Omne practicè probabile
est licitum; nullum certo scandalosum est
licitum: ergo nullum certo scandalosum est
practicè probabile; ergo certitudo scandali
excludit omnem probabilitatem, adeo ut
sicut Pontifex declarans scandalosum opinio-
nem ratione probabilitas practicæ, tollit
probabilitatem practicam, ita declarans scandalo-
sum ratione probabilitatis speculativæ,
tollit omnem probabilitatem speculativam;
dum enim Pontifex damnat ut scandalosum
aliquam opinionem, damnat illam ratione
probabilitatis ab ea opinione asserit.
- N. Secunda conclusio probatur ratione
110. sumpta ex notatione quartâ, ubi dixi, quod
propositioni directe non probabili potest
supervenire judicium reflexum certum, quo-
fiat positive improbabilis: ita enim arguo:
Est omnino certum, quod est illicitum, &
improbabile ut tamquam regulâ morum
opinione non probabile: sed omnis damnata
a Papà ut scandalosa non est amplius pro-
- babilis, ut dixi in prima conclusione: ergo est
omnino certum ne eam non posse: ergo
opinio directe non probabilis est per dicta-
men reflexum omnino improbabilis, seu cer-
to falsa: ergo est certo falso, quod eam non
possum.
- Tertia conclusio, in qua præcipue consi-
dit difficultas, probatur à P. Card. tom. 4. 111.
disp. 1. a. 172. quia si damnata a Papà ut
scandalosa, non esset falsa, ejus objectum
esset à parte rei licitum, & non nisi ob igno-
ranciam esset illicitum: ergo Papa damnans
ut illicitum erraret in materia morum. Ego
autem ita probo, primò: quia ea opinio est
certo falsa, quae habet contra se judicium
certum de falso: sed damnata a Papà, ut
certo scandalosa ex objecto: (dixi enim om-
nes damnatas non esse scandalosas ex igno-
rantiâ audiendum, aut ratione equivocâ non
intelleciti ab audiendis, sed eis ex se intrinsecè scandalosas) sed damnata a Papà, ut
ex objecto scandalosa, habet contra se cer-
tum Papæ de falso talis opiniois judi-
cium: ergo damnata a Papà, ut ex objecto
scandalosa, est certo falsa. Minor probatur,
& claritatis gratia sumo hanc ex damnatis,
ut scandalosis: *Licitum est edere ad satietatem;*
hec opinio habet contra se hoc Papæ cer-
tum judicium, *Non est licitum edere ad satie-
tatem;* jam quero, an hoc certum Papæ ju-
dicium sit verum? Sanè nemo negabit; om-
ne enim infallibiliter certum est verum: er-
go cum contradictorum veri sit falso, fal-
sa erit ea opinio, *Licitum est edere ad satie-
tatem.* Quod autem opinio damnata habeat
contra se certum judicium Papæ, est evi-
dens, nam eam damnat. Dices, habere con-
tra se certum judicium Papæ de scandalis,
non autem de falso opinionis. Sed con-
tra: Si certum judicium Papæ de scandalis
opinionis non esset judicium certum de ejus
falso, sequeretur, quod posset esse vera
rum id, quod Papa damnat, ut scandalosum
ex objecto, adeoque haec opinio, *Li-
citum est edere ad satietatem,* posset esse vera;
demus autem verum esse, quod licet; rogo,
quonodo Papa damnat, ut scandalosum,
quod licet? nihil enim est in ea opinione,
quod damnetur, quam modus; sed modus, seu
to *licitum*, est verum: ergo est falso, quod
sit scandalosum, nam nullum secundum
omnes suas circumstantias assertum cum ve-
ritate esse *licitum*, est scandalosum.
- Confirmo primò: Nullum certo scandala-
losum est vere licitum: sed hoc, *Licitum 112.*
est edere ad satietatem, est certo scandalosum;
ergo non est vere licitum. Secundo ex his, p. de la
que tradit P. de la Fuente, egregie semper, *Fuent.*
disp. 1.

dij. 1. à n. 29. licet enim dicat, quod si de propositione falsa scandalosa in genere loquuntur, verum sit, posse aliquid esse scandalosum, & verum; attamen loquendo de Decreto Pontificio, intelligi non potest, quomodo opinio possit esse scandalosa, quin sit falsa. Ratio est: quia opiniones damnatae sunt scandalosae per modum regulæ dirigen-
tis mores nostros sine ullo salutis periculo; regula autem vera, & conformis recta rationi non potest esse scandalosa; ergo si est vera, non est scandalosa, & si est scandalosa, non est vera. Ruris: quia, inquit, omnes damnatae sunt practice improbabiles, & quidem aliquæ damnantur exprefse, qui aiorabant probabilitatem, reliquæ vero per evidentem consequentiam trahunt improbabilitatem: sed improbabilitas practica, trahit secum practicam falsitatem: ergo, &c. Similiter, quia damnantur, ut in praxi perniciose: sed perniciose timeri non potest ex eo, quod Fideles assentiantur doctrinis veris, immo ex eo, quod falsis, apparetur veris: ergo si sunt perniciose, sunt falsae. Denum addit, quod magna deceptio sequeretur in tota Ecclesia, si Fideles acquiescendo Decretis Pontificijs prcipientibus, & quidem sub excommunicatione, ne quis disputet, aut practicet, & unicè permittentibus earum impugnationem, obediendo Pontifici impugnarent verum: ergo ne hoc dicatur, omnes damnatae sunt falsæ. Alia plura P. de la Fuente. Tertiò confirmo ex doctrinâ suprà allatâ, & eam tradit P. Ripald. tom. 3. d. 1. n. 9. & n. 58. & d. 2. n. 19. quia omnis doctrina ex objecto scandalosa includit intrinsecè falsitatem, ex quâ oritur scandalum, ad differentiam propositionis ex ignorantia scandalosæ: ruris idem P. Ripald. tom. 3. d. 1. n. 49. at: Post latam ab Ecclesiâ aliquam censuram contra aliquam opinionem, damnando eam, ut temerariam, aut scandalosam, aut improbabilem, ea opinio redditur heretica, aut erronea, quia fit opposita judicio infallibili Ecclesiæ; nam, ut bene adverrit P. Suar. de Fide d. 19. scit. 2. cenfura Theologica supponit in proferente judicio falsitatis, & addit gradum malitiae, & qualitatæ nocivæ fidei: ergo Ecclesia censens aliquam doctrinam esse temerariam, scandalosam, aut improbabilem, censet etiam esse fallam, & qui eam docet ut veram, contradicit judicio Ecclesiæ. Verum quidem est, post opinionem esse temerariam simul, & veram; attamen hoc non contingit in judicio infallibili Ecclesiæ; doctrinam enim, quam Ecclesia censet temerariam, est re ipsa falsa; & hoc est discrimen

inter judicium infallibile Papæ, & judicium fallibile aliorum Doctorum, quod doctrina, quam Ecclesia judicat temerariam, est re ipsa falsa, quia ejus judicium est infallibile; doctrina autem, quam alij Doctores judicant temerariam, potest esse vera, quia corum judicium est fallibile. Lege P. Rip.

Secundo probatur: quia, vel verum est N. licere, quod Papa dicit non licere, vel non est verum? Si non est verum; ergo est falsum licere, quod Papa dicit non licere, & sic habeo intentum: si est verum licere, quod Papa dicit non licere; ergo Papa errat: similius sumo opinionem asserentem probabilitatem purè speculativam, ex gr. probabile est sufficere ad prudenter operandum tenuem probabilitatem; & ita arguo: Vel est probabile, quod Papa dicit non esse probabile, vel non est probabile? Si non est probabile; ergo non est probabile, quod Papa dicit non esse probabile, & sic habeo intentum: si est probabile; ergo Papa damnans opinionem ut scandalosam, quia asserit probabile, errat. Confirmo: Si unum ex contradictorijs est certò verum, aliud est certò falsum: licere, non licere, sunt contradictoria: ergo si certo verum est non licere, certo falso est licere; aut econtra, si est certo falso licere, est certo verum non licere.

Tertiò probatur: Quod caret fundamento gravi, & nihil certum contra se habet, illud est negativè improbabile, id est, non est probabile; quod autem aliquid certum contra se habet, illud est positivè improbabile, seu certò falsum: sed omnis damnata à Papâ ut scandalosa, habet contra se certum de ejus probabilitate Papæ judicium; catenus enim opinio damnata est scandalosa, quatenus asserit licere, vel esse probabile, & seclusus his particulis, non est scandalosa: ergo omnis damnata à Papâ ut scandalosa, est certò improbabilis, seu certò falsa. Confirmo: Opinio, cuius probabilitas, & licentia certò desperatur, est certò repugnans probabilitati, & licentiae: sed opinio damnata per certum, & perpetuum Papæ judicium, quia asserita probabilis, & licita, est opinio, cuius probabilitas, & licentia desperatur: ergo est certò repugnans, pro omni tempore futuro, omni probabilitati, & licentia: ergo numquam potest esse vera, sed est, & erit certò semper falsa.

§. IV.

Solvuntur argumenta allata §. primo.

S U M M A R I U M.
Quid sentiam de DD. oppositis? n. 116.

F iii Propos.

Propositio vera revelans crimen occultum est scandalosa, ex ignorantia, n. 118.
Esi verum, & scandalosum uniri possint, non tamen in damnata, n. 119. &c.
Quid scandalum? n. 121.
Innocentius unice vetat, ne non damnata inter TT. controversie censurantur, ibid.
Veritas letio, & impressio Scriptura vulgaris idiomate, n. 123.
Omne sive fringat, sive laxet, si sit occasio risus, est scandalosum, n. 124.
Damnata, quia practicè probabiles, sunt hodie practice falsa, n. 125.
Nimis stricte, quia augent obligationem, damnantur, ibid.
Dictum in modali, nec affirmatur, nec negatur, n. 127.
Ideo damnata fuere ut scandalosa, quia docebantur, ut morum regule, n. 128.
Damnata ut scandalosa carent probabilitate, quam preferabant, n. 129.
Tan evidencia, quam certitudo tollit probabilitatem, n. 130.
Papa vetat, ne minus pia censuretur, ibid.
An improbabilitas sit cejura Theologica? DD. ib.
DD. aferentes minus piam de Conceptione esse improbabilem, ibid.
Num Papa doctrinam in re falsam declarare possit probabiliorum? n. 132.

N. **A**d primum respondco: Eo ipso quod P. Moy. l.o. n. 50. afferit repugnare, ut opinio damnata, ut scandalosa ex iis, & P. Moy. non ratione aequivoce, sit practicè vera, seu practicè probabilis; & co ipso, quod Lumb. & Torrec. dicunt omnes damnatas esse practicè falsas, eo ipso dicunt ex parte, quod nos, non tamen bene dicunt, quod nos dicunt ex parte, quod nos; nam nos etiam dicimus opiniones damnatas ut scandalosas, et si preferrent probabilitatem practicam, esse practicè falsas: non bene dicunt, quod nos; nam dicti Authores ad questionem, an propositio damnata à Papâ ut scandalosa, sit eo ipso falsa, negant absolute, cum tamen, vel deberent absolute affirmare, nam hoc ipsum deinde affirmant; vel deberent distinguere, affirmando esse falsas de probabilitate practicâ, non autem de speculativâ. Quod si hoc dicant, falsum dicent, quoad probabilitatem speculativam, & ideo dicos dicere ex parte quod nos; nos enim volumus, omnes esse falsas falsitate opposita probabilitati, aut veritati assertae in damnata: si probabilitas asserta in damnata sit practicâ, dico damnatam esse practicè falsam; si sit speculativa, dico esse speculativè falsam: ergo, cum omnis damnata

sit damnata ut scandalosa, & preferat probabilitatem aliquam, sive purè practicam, sive pure speculativam, sive mixtam, omnis damnata erit absolute falsa, vel falsitate practicâ, vel speculativâ, vel utrâque. Secund N. do respondeo, propositionem veram non 118. posse esse scandalosam, nisi ex ignorantia, aut errore: propositio, quâ quis de viro gravi affirmat verum, sed occultum, crimen, est scandalosa ex ignorantia, nam totum scandalum oriunt ex eo, quia audiens illud crimen, illud ignorabat, immo forte ex errore putabat dictum virum gravem esse innocentem: similiiter propositio, quam quis, quia ex ignorantia fundamenti gravis pro eius reali veritate, putat non esse probabilem, aut ex errore putat omnino improbabilem, est etiam scandalosa, licet sit vera in re, attamen totum scandalum oriunt ex vereitate illius ignorata, immo ex errore de eius improbabilitate, cum in se sit vera. Cùm N. autem in Pontificem ex Cathedrâ declarantem ignorantia cadere non possit, consequenter respectu Pontificis nulla potest esse vera, & scandalosa; nulla scandalosa, & vera. Ratio est s; quia implicat, ut doctrina morum revocans à perditione, & ducens ad vitam, sit doctrina revocans à vita, & ducens ad perditionem, nisi ex ignorantia fundamenti dictæ doctrinæ: sed doctrina morum vera revocat à perditione, & dicit ad vitam; doctrina scandalosa revocat à vita, & dicit ad perditionem: ergo implicat, ut doctrina morum sit vera simul, & scandalosa, nisi ob ignorantiam: sed ignorantia non cadit in Papam declarantem ex Cathedrâ materiam morum: ergo eo ipso quod Papa declarat talenm opinionem esse scandalosam, implicat, ut sit doctrina morum vera. In forma distingue antecedens: scandalum opinionis non connectitur cum falsitate opinionis, si scandalum non oriatur ex ignorantia judicantis, nego antecedens; si oriatur, concedo antecedens: cum igitur scandalum declaratum à Papâ insitum tali opinioni, non oriatur ex ignorantia, sed ex assentientia Spiritus S. qui Papa penetrat naturam opinionis; consequenter omnis opinio declarata à Ponifice, ut scandalosa, necesse est, ut non tantum non sit probabilis, sed est certò falsa, vel practicè, vel speculativè juxta naturam veritatis assertae in damnata. Ratio primi est; quia implicat, ut, quod est ex objecto, & non ex merâ ignorantia scandalosum, sit probabile; omne enim certò probabile est licitum, & honestum, quantum est ex se: ergo nullum certò scandalosum est probabile, seu licitum, & honestum.

honestum. Ratio secundi est; quia eo ipso quod Papa declarat aliquid esse scandalosum, est certo tale: sed omne certo scandalosum, est certo improbabile, seu illicitum, adeoque certo falso quoad probabilitatem, aut veritatem assertam: ergo, &c. Ad do, ut dixi, damnatas esse scandalosas, quatenus tradebantur, ut regulæ dirigentes recte mores nostros absque ullo salutis periculo; Papa autem declarat esse perniciose, adeoque pericolosæ, & obliquas: ergo certum eas non esse practicè veras, seu reætas morum regulas.

N.
120. Ad utramque confirmationem patet ex dictis; unicè enim probant, ut benè P. de la Fuente n. 29. verum, & scandalum posse in genere uniri, non autem probant possè scandala à Papâ, ut scandalosum; eo enim ipso quod talis sit, non est vera morum regula, immò implicat, ut sit vera morum regula.

N.
121. Dices: Scandalum est dictum, aut factum minus rectum, ubi non dicitur dictum, aut factum malum, sed minus rectum: ergo ad rationem scandali fatus est apparentia mali in dicto, aut facto: ergo sicut in bono facto potest dari apparentia mali generans scandalum; ita etiam ex dicto vero habente apparentiam mali, potest sequi scandalum: ergo veritas potest conjungi cum scandalo.

Lamb.
Tertio. Sed contra primo: quia cum Lumb. & Torrec. admittant damnatas, ut scandalosas, esse practicè falsas, tenentur solvere argumentum, quomodo omne damnatum à Papâ ut scandalosum, sit practicè falso. Secundo; quia exempla adducta de frequenti viri boni ingressu ex bono fine ad mulierem bonam, & de convictu Ecclesiastici cum adolescentulâ, vel non sunt ad rem, vel contra Adversarios: non sunt ad rem, quia ea exempla catenus scandalum generant, quia habent mali apparentiam ratione aliquius circumstantiæ: sed doctrina morum vera, licet respectu cuiusque hominis, qui non sit Pontifex, possit ex ignorantia habere mali apparentiam, adeoque esse scandalosa ex ignorantia, non tamen respectu infallibilis iudicij Pontificij: ergo implicat respectu iudicij Pontificij talem opinionem esse veram in materia morum, & simul esse scandalosam. Sunt contra Adversarios; fac enim ut videntes frequentem viri probi ad feminam ingressum, noverint optimum finem, & necessitatem, quæ Religiosus dicitur; utique talis ingressus non esset scandalosus; ergo si est, est tantum, quia ignoratur finis bonus, & necessitas. At numquid in Pontificem cadet ignorantia naturæ opinionis

dannatae, ita ut, si est practicè vera, possit cam damnare, ut practicè scandalosum, si cit speculative vera, possit cam damnare, ut speculative scandalosum?

Ad secundum respondeo, Innocentium N. prohibere tantum, ne opiniones non damnatae, sed adhuc inter Theologos controversæ, censurentur, & merito; de quo plura scitu digna dabit P. Ripald. tom. 3. contra P. R. Baium d. 1. scil. 6. & 7. fuse: sed nos loquimur de damnatis ad minimum, ut scandalosis: ergo licet censurari possunt alia etiam censura, præter cam, qua Papa eas censuravit. In formâ respondeo, quod qui diceret aliquam damnatam à Papâ ut scandalosum, diceret non tantum quid scandalosum, sed etiam quid certo falso, falsitate practicâ, aut speculativâ, pro mensurâ veritatis practicæ, aut speculativæ per damnatam alteraz. Ratio, ut dixi, est; quia ex certo iudicio Pontificis de scandaloso talis opinionis assertæ, ut probabilis, infertur certitudo de non probabilitate, immò de improbabilitate, adeoque de falsitate speculativâ, vel practicâ ejus opinionis; nam omne certo scandalosum, quæ assertum probabile, est certo non probabile, immò improbabile.

Dices certum esse, quod doctrina vera N. potest interdicî, quatenus perniciosa; ita 123. Divina Scriptura in vulgare idioma translatâ, est interdicta, quia piures sumptuose occasionem ruinæ. Respondeo non esse interdicâ Scripturam, sed impressionem, & lectiōnem illius vulgari idiomate esse vetitam; immò etiæ Scriptura est vetita, (quod repugnat) nil inde contra nos; non enim dicimus, quod omne prohibitum sit falso, sed quod omne in materia doctrinae declaratum a Papâ intrinsecè scandalosum, sit falso.

Ad tertium respondeo: Sicut omne declaratum à Papâ, ut certo scandalosum, est 124. certo falso, ita omne declaratum à Papâ, ut certo falso, est scandalosum, sive talis falsitas laxet, sive stringat conscientiam, dummodo sit occasio perditionis; etiæ communiter sola falsitas in materia morum, quæ laxat conscientiam, & nimis favet libertati contra legem, & dicit per viam latam, non autem, quæ favet legi, dici soleat scandalosa; revera tamen non video, cur dici non possit scandalosa doctrina, quæ nimis stringit conscientiam, nam est causa desparationis, & perditionis, & multiplicat peccata, ut dixi n. 93.

Ad quartum, & ejus confirmationem patet ex dictis: si scandalosa est talis ob probabilitatem practicam assertam per damnatam, 125. eo ipso ea scandalosa est practicè improbabiles,

bilis, seu practicē falsa; si autem est talis propter probabilitatem speculativam asser-
tam, eō ipso ea damnata, ut scandalosa, est
speculativē falsa. Fator tamen ferē omnes
damnatas ab Alexandro VII. & Innocentio
XI. (& aliquas ex damnatis ab Alexandro
VIII.) loqui de probabilitate practicā; immo
etiam illæ, quæ primā fronte præferunt proba-
bilitatem purē speculativam, diriguntur
ad praxim, nempe vel ad tollendam obliga-
tionem, vel ad reddendum licitum, quod
est illicitum, immo ad augendam obliga-
tionem, qualis est *tertia* ex damnatis ab Ale-
xandro VIII.

N.
126. Dices: Ergo non omnes damnatae, ut
scandalosæ, sunt speculativē falsæ: ergo
possunt esse speculative veræ, & practicē
falsæ. Concedo primam consequentiam, nam
scandalum eam tantum tollit probabilita-
tem, ex quâ scandalum sequitur: ergo si in
damnata scandalum oriatur ex pura proba-
bilitatis practicē affirmatione, damnata erit
tantum practicē falsa. Ad secundam dico,
scandalosæ damnatas, ut asseritas impruden-
ter speculative veras, esse speculativē falsas;
at quia omne speculative falsum, est etiam
practicē falsum; hinc omnes damnatae, quia
speculativē falsæ, sunt etiam practicē falsæ;
damnatas autem, quia practicē veras, dico
esse tantum practicē falsas. An autem dam-
natae, putate practicē veræ, sint non tan-
tum practicē, sed etiam necessariō specula-
tivē falsæ? Dico, quod non; tum quia scan-
dalum tunc non oritur, nisi ex veritate pra-
cticā asserita in damnata, non autem ex veri-
tate speculativā, quam damnata non asserit;
tum quia non omne practicē falsum est etiā
speculativē falsum: esto omne speculativē
falsum sit etiam practicē falsum: ergo damnata,
quia speculativē falsa, est etiam practicē falsa;
damnata, quia practicē falsa, non est necessariō speculativē falsa. Vid. No-
tar. 5.

N.
127. Ad quintum nego minorem; quia in modali una tantum est veritas, & falsitas, ut di-
xi, & dictum nullam habet veritatem, vel
falsitatem præter illam, quam habet modus. Addo hoc argumentum, præter hoc
quod peccet in Logicam, quia putat dictum
affirmari, aut negari seorsim à modo, non
est ad rem, quia hic non examinatur, an
propositio de inesse, seu dictum damnata sit
verum, sed an propositio de modo sit vera si-
mul, & scandalosa; nam Papa damnat eas, ut
jacent, sed ut jacent sunt modales, ergo damnata,
ut modales; eo modo, quo Papa damnans, ut
hæreticam hanc propositionem, *Licitum est revelare omne verum, tō hereticum*

cadir supra *licitum*, non autem supra *verum*
seorsim à lito, quia nullum verum est hæ-
reticum.

Dices, damnatas non esse in se scandaloso- N.
nas, alias qui interius illis asserintur, af- 128.
fentirent opinionibus scandalosis; sed hoc
est falsum, quia scandalum fundatur in ali-
quo exteriori, & ideo Papa non vetat asser-
tum interiore damnatarum, sed tantum ne
doceantur, & practicentur. Respondeo damnatae
esse in se scandalosas, quia tradeban-
tur, ut tutę morum regula, & ideo qui ali-
cui ex illis asserintur, opinioni scandalosę
asserintur. Ad probationem fator scandalum
in actu secundo fundari in exteriori. Ad
id, quod additur, dico, quod Papa, abfolu-
te loquendo, lolas externas propositiones
declarat esse scandalosas; internas autem de-
clarat esse tales sub conditione, quod exte-
rius tradantur, aut practicentur, atque adeo
damnatae sunt in se scandalosae sub conditio-
ne, quod exterius proferantur, seu habeant
omnia, quæ scandalum includit; sunt ita-
que damnatae scandalosæ in se in actu primo
modo; si autem exterius practicentur, sunt tales
in actu secundo. Ratio est; quia damnatae
tendunt in objectum, quod potest gignere
scandalum, etiā interius tantum prola-
tæ illud non generent; eo modo, quo volitu-
tio efficax furandi dicitur furtum, quatenus
tendit in furtum, etiā illud non compleat.

N.
129. Ad sextum respondeo damnatas, ut scan-
dalosas, non tantum non esse amplius pro-
babiles, sed esse improbables improbabilita-
te oppositi probabilitati per damnatam af-
serat. Ratio est; tum quia sicut quod caret
fundamento, non est probabile, ita quod ha-
bet contra se principium certum, est impro-
bable; omnes autem damnatae, ut scandalosæ,
modo parent omni fundamento, & ha-
bent contra se judicium certum encravas om-
nem spem probabilitatis futuræ; tum quia
omne declaratum, ut ex se scandalosum, est
ex se illicitum; omne certò illicitum, est cer-
to improbable: ergo omne declaratum certò
ex se scandalosum, est certò improbable. Ad
confirmationē dico, propositionem veram, &
scandalosam ex eo, quia latet fundamentum
pro eius veritate, etiā ex ignorantia, non ex
objecto scandalosam; quæ autē est ex ignora-
tiā scandalosā, non est certò falsa, im-
mō potest esse vera; non ita quæ est certò
scandalosā ex objecto, hæc enim est certò falsa.

N.
130. Ad septimum nego maiorem; nam pro-
babilitas potest excludi, tum per eviden-
tiā oppositi, tum per certitudinem oppo-
siti. Ad probationem, nego Papam damnanta-
tem, ut scandalosas, non derogare earum
proba-

probabilitati. Ad paritatem dico, Papam non declarare opinionem minus piam itan- tem pro peccato Deiparę esse improbabilem, aut esse probabilem, nam unicè prohibet, ne quis eam opinionem minus piam censuraret; sed improbabilitas non est censura Theolo- gica, ait Cardin. de Lugo, & P. Hurt. de Lugo, Mendoza d. 81. de Fide §. 46. & P. Carden. P. P. tom. 1. d. 9. cap. 18. art. 4. & ego infra, & in- Hurtad. P. Card. terim legi potest P. Ripald. tom. 3. d. 1. n. 87. P. Rip. opiniones enim strictissimae sepe sunt im- probabiles, nec tamen sunt damnatae: ergo, p. Sua. qui dicit, ut recte de facto dicunt P. Sua. p. Iustinius, & alij, quos citat, & sequi- P. Card. tur P. Card. art. 4. opinionem minus piam non esse probabilem, sed improbabilem, non contraveniret Decreto Alexandri VII. Ad confirmationem, nego antecedens cum P. de la Fuente l.c. n. 34. Card. de Lugo d. 20. P. de la Fuente n. 115. & Diana de Infalib. Pont. C. de Lugo, Diana. Fuente p. 11. refol. 10. & alijs; si propositionis sit in materia fidei, & morum, & loquatur ex Cathedra, quia Papa non decernit ex ignorantia, ut sepe DD. privati, sed ex assistentia Spiritus S. à quo dirigitur, ut cognoscatur, ut in se sunt, non ut nobis sepe appa- rent.

N. Ex his infer, me non capere, quod dicit 131. P. Card. tom. 1. d. 1. n. 142. ubi negat, quod P. Card. propugnans aliquam ex damnatis diceret aliquid erroneum, aut errori proximum; ait enim, quod qui diceret hanc damnatam, *Licet furari in gravi necessitate*, non diceret Papam errare, quia licet ob dictum Papae sit certum illud esse illicitum, attamen Papa hoc dicit tantum probabilititer, ita ut sit probabilititer certum illud esse illicitum: simile docet n. 187. contra Lambier. Verum non video coherentiam; quia vel est tantum probabilititer certum Papam non errare, & illud est illicitum, vel est omnino certum? Si secundum, habeo intentum: ergo qui diceret damnatam, diceret faltem quid erro- neum, aut errori proximum, quatenus diceret tale objectum non esse illicitum, adeoque Papam errare. Si primum, sequitur primò, quod sicut, si esset certum (ut per me est) Papam non errare, qui diceret dictam damnatam, doceret certò quid erro- neum, aut errori proximum; ita si est tan- tum probabilititer certum, docens damnatam, dicit quid probabilititer erroneum, aut erro- ri proximum. Secundò, quia quod est probabilititer tantum de fide, non est necessariò credendum, immo respui potest, quia potest etiam esse probabile, non esse de fide: ergo etiam, si est tantum probabile Papam non errare, & furtum in gravi necessitate non

esse illicitum, nemo certò obligabitur absti- nere ab eo tamquam illico, immo probabi- le esse poterit, quod tale furtum sit licitum. Tertio, quia etiam per P. Card. est certum P. Card. Papam in nullā morum decisione errare; sed hec, Non est licitum furari in gravi nece- ssitate, est decisio in materia morum: ergo in hac non errat: ergo qui docet oppositum, docet quid erroneum, aut errori proximum; nam vel negat minorem, quę est evidens, vel maiorem, quę si non est de fide, (ut esse docui) faltem est proxima fidei, ut alij do- cent. Hinc optimè P. de la Fuente dis. 1. qu. N. 6. a. n. 32. ubi querit, an Papa posset favere 132. doctrinis re ipsa falsis, declarando eas toti P. de la Ecclesia, ut probabiliores; (nam ut veras Fuen- te, non potest) hoc negat cum Card. de Lugo & C. de n. 113. deinde addit, quod qui assentiretur Lug. propositioni contradictoria affirmanti op- pinionem scandalosam, aut erroneam esse ve- ram, non tantum est præsumptivè hæreti- cus, seu mediate, sed etiam formaliter. Vide illum.

S E C T I O . IV.

*An omne antecedens, ex quo inferitur damnata,
& omne consequens, quod infertur ex dam-
nata, sint antiquata, seu certo falso?*

S U M M A R I U M.

Quid antiquata; quid damnata? n. 133. 134.

Status questionis, ibid.

*Omnis contradictria damnata est certò vera,
n. 135.*

*Cur si una ex contradictrioribus est probabilis, non
eo ipso opposita est improbabilis: si autem una
est certo improbabilis, alia est certo vera: n.
136.*

*Omnis, ex qua evidenter infertur damnata, est
antiquata, n. 137.*

*Omne consequens evidenter illatum ex contra-
dictria damnata est certo verum, n. 138.*

*Non omne consequens evidenter illatum ex dam-
nata, est certo falso, sed aliquando verum,
n. 139.*

S Olus, qui hanc questionem movet, est N. P. Card. tom. 4. dis. 1. cap. 14. quique 133. cum P. de la Fuente palmarum, me judge, P. Card. non tantum in discussione opinionum dam- P. de la natarum, sed etiam in disquisitione eorum, Fuente, quę ad exactę discussionis notitiam nece- ssaria sunt, plerisque eripuit. Breviter autem hanc questionem expediam, cum tota resolu- tio à Dialectice regulis petenda sit. Duo autem præmittenda mihi sunt. Primum est discrimen inter damnatam, & antiquatam:

Damna-

Damnata est illa, quam Papa expressè dñmna, sive utatur hac vocē *damnamus*, sive æquivalenti: Antiquata est, quæ licet non sit expressè damnata, attamen quia est incompossibilis cum principio certo (sive hoc sit Decretum Pontificum, sive principium naturale) de novo cognito, ideo est certo falsa, esto prius admittetur, ut probabilis, propter ignorantium, vel principij, vel alterius veritatis incompossibilis cum illa. Secundum, status quæstionis, quæ duplex est; prima est, an antecedens, ex quo infertur damnata, sit antiquatum, id est, certo falso, esto antiquitas putaretur probabile? Secunda est, an consequens, quod infertur ex damnata, sit antiquatum? Porro utraque quædū est valde utilis, ut sciat, quæ opinio præter damnatas sit repudianda ex necessario connexis cum eadem damnata; an illa, quæ se habet ut antecedens, ex quo damnata infertur, an ea, quæ se habet ut consequens, quod ex damnata infertur. Hic ergo tradimus regulam generalem.

N. Dico primò: Omnis propositio contradictroriæ opposita damnata a Papâ in materiâ morum ut scandalosæ, non tantum est probabilis, sed certo vera. Probatur ex diablos contradictorij, si una est certo falsa, alia est certo vera, & econtra: sed, ut ostendit *set. elapsa*, omnis damnata ex Cathedrâ a Papâ ut scandalosa, est certo falsa, & improbabilis; est enim certum, esse illicitum, quod Papa dñmna, quia asternit licitum: ergo omnis contradictrioria damnata ut scandalosæ, est certo vera. Hinc, quia Papa dñmna hanc, (idem dico de alijs) *Licitum est edere ad satietatem*, ut scandalosam, & per nos est certo falsa, sequitur ejus contradictriorum, *Non est licitum edere ad satietatem*, esse certo veram.

N. Dices: Ex eo quod una ex contradictrorij sit probabilis, non sequitur, quod altera non sit probabilis, & multo minus, quod sit improbabilis: ergo neque ex eo, quod una ex contradictrorij sit certo falsa, seu certo improbabilis, non sequitur, quod opposita sit certo vera, & probabilis. Nego consequiam, de qua doce P. Card. *rom. 1. d. 4.* per totam, & nos *alibi*. Modò dico discri-
P. Card. men esse, quia veritas unus contradictrorij tollit veritatem ab altero, cùm implicet, ut ambo sint vera, vel ambo falsa, vel ambo nec vera, nec falsa, probabilitas autem unus contradictrorij non tollit probabilitatem ab altero, cùm sicut utrumque potest esse probabile, ita neutrum potest esse probabile; vel unum tantum esse probabile, & aliud nec probabile, nec improbabile, sed purè

non probabile, prout habent pro se, aut contra se, vel non habent, nec pro se, nec contra se, rationem solidam, & gravem.

Dico secundò: Omnis propositio, ex quâ N. evidenter infertur damnata, est antiquata, seu certo falsa. Probatur axiome, *Ex vero non nisi verum*, & ideo in arguendo dicere solemus, consequens est falso, ergo & antecedens, quia non potest consequens esse falso, & antecedens esse verum: sed omnis damnata est certo falsa: ergo omne antecedens, seu propositio, ex quâ certo infertur damnata, est certo falsa: ergo cum antiquitas ea propositio esset probabilis, & modo sit improbabilis, quia habet contra se principium certum, seu Papæ judicium, lequitur quod antecedens, seu propositio, ex quâ certo infertur damnata, sit antiquata. Dixi, ex quâ evidenter, aut certo infertur; si enim damnata non infertur evidenter, aut certo ex tali antecedenti, sed tantum probabilitate, tunc antecedens, seu propositio, ex quâ infertur damnata, non est antiquata. Ratio est; quia eo ipso, quod damnata non infertur nisi probabilitate ex tali antecedenti, tale antecedens non habet evidenter contra se principium certum: sed antiquata est, quæ habet evidenter contra se principium certum: ergo antecedens, ex quo non nisi probabilitate infertur damnata, non est antiquatum, seu certo falso. Hinc non recte aliqui volunt, omne antecedens, & omnem rationem, ex quâ probabilitate infertur, & s̄pē minus probabilitate, damnata, esse certo falso, & reprobandum; ad summum enim erit probabilitate falso, immò aliquando nec probabilitate falso, pro mensura probabilitioris, aut minus probabilitis connexionis talis antecedens cum propositione damnata.

Dico tertio: Omne consequens, quod N. evidenter infertur ex contradictrorij propositionis damnata, est certo verum. Patet; quia ex vero non nisi verum: contradictroria damnata est vera: ergo consequens evidenter illatum ex contradictrorij damnata est verum.

Dico quartò: Non omne consequens, N. quod evidenter infertur ex damnata, est certo falso, seu antiquatum, sed aliquando verum, aliquando falso. Patet ex alio principio, *Ex falso aliquando verum, aliquando falso*; & ideo non valet, antecedens est falso, ergo etiam consequens: ergo licet omnis damnata sit falsa, attamen non omnis propositio, quæ ex damnata infertur, erit falsa. Pleraque ex P. Carden. sumpsi.

DISPU-

DISPUTATIO III.

De peccato violantium Decreta.

S E C T I O I .

Explicantur Censurae Theologicae.

S U M M A R I U M .

*Censura, nisi aliud exprimatur, cadit tamum
in opinionem, n. 1.*

S. Aug. dictum, ibid.

*Inductio TT. qui ex ignorantia docere erronea,
n. 2. 3.*

Dictum M. Cani, n. 4.

S. Aug. quid de parvulis senserit, ibid.

Quilibet esti doctissimus errare potest, n. 5.

*Nullum dedecus, esti aliquis damnatas docue-
rit, n. 6.*

*Quam belle S. Augustinus excusat S. Cypri-
num, ibid.*

Egregium dictum M. Cani, n. 7.

Nulli insultandum, esti errarit, ibid.

*Nulli esti summo Ecclesia Doctori in omnibus
standum, n. 8.*

Dictum Alphoni de Castro, ibid.

*Quid S. Augustinus dicat de Authoribus non
Canonicos, ibid.*

*Alex. VIII. damnat standum in omnibus Au-
gust. non respecta Pontificis Bulla, ibid.*

Sapientia falsa DD. tribuuntur, n. 9.

*Censura, quibus Pape damnare solent opinione,
n. 10.*

DD. explicantur censuras, ibid.

*Quae opinio dicatur digna censura Theologica,
n. 11.*

Expono species censoriarum, n. 12. ad 17.

*Egregium dictum Caetani de D. Thoma sapi-
entia, & modestia, n. 15.*

Laudatur M. Godoy, ibid.

Modestia, indicium exquisiti intellectus, ibid.

*Censoriarum gradus, que maior, que minor,
que maxima? n. 17.*

N. 1.
 ERTUM mihi est, quod quo-
ties a Papâ censuratur aliqua
propositio aut liber, nisi aliud
exprimatur, censura præcise ca-
dit supra propositionem, nō su-
pra Authorem, ut recte P. Ovid. Contr. 12.
de Fide pun. 4. n. 57. & ideo acutè dixit S.
Augustinus apud M. Gravina, *Errare pote-
st, hereticus non ero;* & potest quis esse opti-
mus Catholicus, & tamen ex ignorantia do-
cuisse propositionem hæreticam, ut accidit

Michaeli Baio, contra quem stat Decretum
Urbani VIII. confirmantis Constitutiones
Pij V. & Gregorij XIII. damnans septuaginta-
novem propositiones ejusdem Baij, illu-
dique adducit P. Ardekin tom. 1. p. 2. a pag. P. Ar-
447. editionis quinta. Antuerpiensis, & 1. dekin.
Kipalda tom. 3. in aureo contra Baium opere. P. Rip.

Idipsum pluribus SS. Patribus, & prime N. 2.
notæ Theologis accidisse certo certius est, ut Mag-
constat brevi paucorum inductione; nam
Magister in primum diff. 17. voluit charita-
tem non esse nisi Spiritum S. non tantum
causaliter, sed etiam formaliter, ut exponit
D. Th. qu. 23. art. 2. D. Bonav. in 1. diff.
17. p. 1. qu. 1. Scotus in 1. diff. 17. qu. 3. n. 30.
que tamen sententia repugnat non tantum
certe Theologorum sententiae asserenti
charitatem esse qualitatem infusam, sed etiā
Tridentino sent. 6. cap. 7. Idem Magister, seu
Petrus Lombardus, (de quo plura P. He-
nrio tom. 3. de Sacrif. Misericordia ad finem pag. mi-
hi 528) idem, inquam, qui in Academiâ
Parisiensi Doctoris Theologie lauream est
consecutus, & ab eo primum accepit Theo-
logia fundamentum, in 2 diff. 31. & Gabriel
ibid. docuit, peccatum originele esse morbi-
dam qualitatem anima infusam; que tamen
opinio judicatur omnino improbabilis. Altis-
tudorensis lib. 3. Sum. tr. 5. cap. 5. & Dio-
nys. Carthus. in 1. diff. 17. qu. 9. putarunt Catt.
habitum charitatis minui per venialia; que
tamen opinio ab omnibus rejicitur; nam ve-
nialia diffusivitè tantum minuant, quatenus
disponunt ad mortale, quo tollitur habitus
charitatis, non autem formaliter. Petrus de
Aliaco in 1. quæst. 12. art. 5. dub. 3. §. 55. & C. Aliaco.
Adam Goddam in 2. diff. 14. qu. 5. dub. 2. Adam.
videtur docuisse, Deum, absolute loquendo,
posse mentiri, cum tamen oppositum sit
de fide. Gerson docuit solum Deum obliga-
re in conscientia: qui tamen loquendi mo-
dus rejicit ab omnibus TT. docentibus
leges humanas, tam civiles, quam Ecclæ-
siasticas, obligare in conscientia: idem do-
cuisse videtur S. Bernardus, (at Caram, non
recte in Apolog. n. 273.) dum dixit præcep-
tum Ecclesiasticum non violari, nisi per co-
temptum, & tamen hodie certum est viola-
ri posse mortaliter, seculo omni contemptu.
Gabriel in 3. diff. 10. referente Magistro
Medina in 3. p. qu. 23. docuit, præscitos exi-
stentes